



Universiteit
Leiden
The Netherlands

Hervaeus Natalis, *De secundis intentionibus*, Distinctiones I&II : critical edition with introduction and indices

Dijs, J.

Citation

Dijs, J. (2012, March 20). *Hervaeus Natalis, De secundis intentionibus, Distinctiones I&II : critical edition with introduction and indices*. Retrieved from <https://hdl.handle.net/1887/18607>

Version: Corrected Publisher's Version

License: [Licence agreement concerning inclusion of doctoral thesis in the Institutional Repository of the University of Leiden](#)

Downloaded from: <https://hdl.handle.net/1887/18607>

Note: To cite this publication please use the final published version (if applicable).

Cover Page



Universiteit Leiden



The handle <http://hdl.handle.net/1887/18607> holds various files of this Leiden University dissertation.

Author: Dijs, Judith

Title: Hervaeus Natalis, De secundis intentionibus, Distinctiones I&II : critical edition with introduction and indices

Issue Date: 2012-03-20

⟨Distinctio secunda⟩

1 Deinde quaeritur de ipsa secunda intentione. Et primo quaeritur de ipsius entitate, scilicet quid sit; secundo scilicet de eius consideratione.

A 6^{rb}, W 8^{vb},
V 7^{ra}

2 Quantum ad primum primo quaeretur de duobus. Et primo quaeretur
5 de ipsa secunda intentione secundum se quantum ad suam entitatem; secundo quaeretur de ipsa in habitudine ad primas intentiones super quas fundatur et etiam in habitudine unius secundae intentionis ad aliam secundam intentionem.

3 Quantum ad primum quaeruntur sex. Primum est utrum secunda
10 intentio sit ipse actus intelligendi. Secundum est utrum sit aliquid aliud reale existens in intellectu sicut in subiecto. Tertium est utrum sit aliquid realiter existens in rerum natura. Quartum est utrum sit relatio rationis tantum. Quintum est utrum relatio rei intellectae ad intellectum sit secunda intentio ⟨sola⟩. Sextum est utrum sola relatio rei intellectae ad
15 intellectum sit secunda intentio.

⟨QUAESTIO PRIMA⟩

⟨Utrum secunda intentio sit ipse actus intelligendi⟩

4 Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod secunda intentio sit ipse actus intelligendi | quia: Secunda intentio dicit esse rationis. Sed actus
20 intelligendi videtur praecipue esse illud esse rationis. Ergo *etc.* Maior supponitur; minor probatur quia: Esse rationis aut accipitur pro ipsa potentia rationali aut pro actu ratiocinandi sive intelligendi, aut pro ipsa potentia rationali. Sed non potest accipi pro ipsa potentia rationali quae

W 9^{ra}

3 scilicet²] WV om. A 4 primo¹] WV om. A | quaeretur¹] WAV adhuc add. A | et primo quaeretur] WV primo A 6 quaeretur] WV queritur A 8 secundam intentionem] WV om. A 10 actus] WA^cV om. A | secundum est] A secundo WV | aliud] WV om. A 11 est] WV 14 sola¹] coll. quaest. 5 suppl. om. WAV 14–15 sextum ... intentio] A om. WV 18–19 quod ... intelligendi] WAV^c om. V 19 quia] WA quod V 20–21 ergo ... quia] WV quia A 22 aut²] WAV accipitur add. A 23 sed ... quae] WV quod esse non potest ipsa A

est quaedam qualitas in genere qualitatis existens; esse autem rationis quod dicit secunda intentio, non est in aliquo genere. Relinquitur ergo quod sit ipse actus.

5 Praeterea. Illud quo excluso non manet secunda intentio in apprehensione, videtur esse formaliter secunda intentio. Sed actus intelligendi est huiusmodi. Ergo *etc.* Maior patet quia, ut videtur, unumquodque potest manere, saltem in apprehensione, excluso omni quod est diversum ab eo. Minor probatur dupliciter. Primo quia: Illud quod manet excluso actu intelligendi, convenit rebus secundum esse naturale rerum et ex ipsarum | natura. Sed secundae intentiones non conveniunt rebus secundum suum esse naturale sive ex earum natura; alioquin universalia haberent esse in rerum natura extra animam. Ergo *etc.* Secundo quia: Nulla apprehensione manente non manet aliquid in apprehensione. Sed in omni actu intelligendi excluso nulla apprehensio, saltem intellectualis, de qua nunc agitur, manet. Ergo excluso actu intelligendi secunda intentio non manet | in apprehensione, nec etiam | aliquid aliud. 15

6 Praeterea. Esse rationis aut dicit aliquod esse, aut nullum. Si nullum, sequitur quod esse rationis sit nullum esse; quod est inconveniens propter duo. Primo quia sequeretur quod quoddam esse non est esse, quia quodlibet esse, sive sit esse rationis sive sit aliud aliquid esse, est quoddam esse, esse autem rationis ponitur quod sit nullum esse et per consequens sequitur quod quoddam esse non est esse. Secundo quia si esse rationis est nullum esse, sequitur, ut videtur, quod ratio sit nullum ens; quia sicut esse rationis se habet ad hoc quod sit aliquod esse, ita ratio se habet ad hoc quod sit aliquod ens. Si autem esse rationis est aliquod esse, videtur quod non sit aliud esse quam actus intelligendi. Ergo esse ratio-

1 in ... existens] WV et in eius genere existit A 1-2 esse ... genere] WV hoc autem non convenit esse rationis quod est intentionalitas A 3 actus] WV *om.* A 5 secunda] WAV ipsa secunda A 5-7 sed ... eo] WV quia unumquodque potest manere saltem in apprehensione excluso omni eo quod est ab eo diversum A 8 minor probatur dupliciter] WV quod probatur A 9-10 et ... natura] W ex ipsa natura rerum A et ex ipsa natura rerum V 11 sive] WV vel A 12 ergo] WV ideo A | secundo] WAV probatur *add.* A 13-14 in² ... nulla] W excluso omni actu intelligendi non manet aliquid A omni actu intelligendi excluso nulla V 15 manet¹] WV *om.* A 16 etiam] AV et W 17 aliquod] WA aliquid V 18 esse] WA^cV *om.* A | inconveniens] WA^cV inconviens (!) A 19 sequeretur] WV sequitur A | esse¹] WAV ut esse rem rationis *add.* A | non est esse] W est non esse A est esse V esset non esse V^c 19-22 quia² ... non est esse] WV *om.* A 22-23 si ... sequitur] WV sequitur A 23 ratio] WA^cV non A 24 aliquod] WA *om.* V 25 aliquod¹] WA aliud V | ens] WAV sed non potest dici quod ratio sit nullum ens *add.* A 26 esse¹] WV *om.* A 26-165.1 ergo ... videtur esse] WV sed secunda intentio dicit esse rationis. ergo est A

nis videtur esse idem quod actus intelligendi. Sed secunda intentio dicit esse rationis. Ergo intentio secunda est idem quod actus intelligendi.

7 Praeterea. Ea quae sunt unum obiectum formale intellectus, sunt unum re et ratione. Sed secunda intentio et actus intelligendi sunt huiusmodi.

- 5 Ergo *etc.* Maior patet quia: Unum formale obiectum intellectus est unius rationis, quia ad diversitatem rationis diversificatur obiectum formale intellectus, et per consequens est unius realitatis, nam quae sunt diversa formaliter, realiter (saltem in his quae differunt specificè) differunt | *W 9^{rb}*
 10 ratione. Minor probatur quia: Illa quae sunt unum formale obiectum alicuius scientiae, sunt unum obiectum formale intellectus, cum scientia sit habitus determinans intellectum ad aliquod genus intelligibilem, unde non potest esse quod aliquid sit aliquod obiectum scientiae et non sit unum obiectum intellectus. Sed actus intelligendi et intentio secunda
 15 sunt unum obiectum logicae; quae est una scientia, nam logica dicitur esse de istis ut de per se subiecto. Ergo actus intelligendi et secunda intentio sunt unum formale obiectum intellectus. Et sic patet minor.

- 8 Praeterea. 'Praedicabile' et 'praedicatum', 'enuntiabile' et 'enuntiatum' dicunt esse rationis et sunt secundae intentiones. Sed ista dicunt quosdam actus intelligendi; praedicare enim unum de alio et enuntiare unum
 20 de alio sunt quidam actus intelligendi. Ergo *etc.*

9 Praeterea. Illud quod non est in aliquo determinato genere entium, videtur pertinere ad esse rationis et ad secundas intentiones. Sed actus

1-2 sed ... intelligendi] *WV om. A* 3 ea] *WV om. A* 4-9 sed ... illa] *W* quia unum formale obiectum intellectus est unius rationis quia ad diversitatem rationis diversificatur obiectum formale intellectus ergo est etiam unius realitatis quia diversa realiter saltem specificè differunt ratione sed secunda intentio et actus intelligendi sunt huiusmodi quia *A* sed secunda intentio et actus intelligendi sunt huiusmodi ergo *etc* minor patet quia unum formale obiectum intellectus est unius rationis quia ad diversitatem rationis diversificatur obiectum formale intellectus et per consequens est unius realitatis nam quae sunt diversa realiter saltem in his quae [que *V^c om. V*] differunt specificè differunt ratione minor probatur quia illa *V* 11 aliquod] *W* unum *A* aliud *V* 12 aliquod obiectum] *W* unum formale *A* unum formale obiectum *A^c* aliud obiectum *V* 15 subiecto] *WV* obiecto *A* 16 formale] *WV* formaliter *A* | et ... minor] *WV* ergo sunt unum re et ratione *A* 17 praeterea] *WA^cV om. A* 18 et ... intentiones] *WV om. A* 19 intelligendi] *W* intellectus *AV* | enim] *AV* ei *W* | unum de alio] *WV om. A* | enuntiare] *WA^cV* nuntiare *A* | unum] *WV* non unum *A* 20 alio] *WV* altero *A* 22-166.8 sed ... specie qualitatis] *WV* quia omne ens vel est rationis vel extra in re existens in genere sed actus intelligendi non videtur esse in aliquo genere quia ratio in genere qualitatis de quo precipue videretur quia videtur esse quedam forma inherens intellectui faciens ipsum qualem. ergo *etc.* quod autem non sit genere qualitatis probatur quia non est in prima specie *A*

intelligendi est huiusmodi. Ergo *etc.* Maior videtur manifesta, quia omne
 ens aut est ens rationis aut ens existens in genere. Minor probatur quia:
 Si actus intelligendi esset in aliquo genere, maxime videretur esse in
 genere qualitatis. Sed hoc est falsum. Ergo *etc.* Maior huius prosyllogismi
 videtur plana, quia videtur quod sit quaedam forma inhaerens intellectui
 et faciens ipsum quale. Unde si sit in aliquo genere, debet esse in genere
 qualitatis. Quod autem non sit in genere qualitatis, proba quia: Non
 potest esse in prima specie qualitatis quae est habitus vel dispositio, quia
 nullum istorum est actus intelligendi. Nec in secunda, quae est naturalis
 V 7^{va} potentia, vel in potentia, ut de se patet, quia ista praecedit actum cum | 10
 ordinetur ad actum. Nec in tertia, quae est passio et passibilis qualitas,
 cum non sit qualitas sensibilis. Nec in quarta, quia constat quod non est
 forma vel figura alicuius quantitatis. Ergo non est in genere qualitatis.

10 Si dicatur ad hoc quod est in genere actionis, quia est actio intellectus,
 contra quia: Sive ponatur intelligere esse passionem vel actionem intel- 15
 lectus, ad minus probatur quod non sit actio realis existens in genere entis
 realis, quia ubi est dare actionem et passionem realem, oportet ponere
 aliquid acquisitum in passo propter actionem et passionem, quod sit vel
 quantitas vel qualitas vel ubi. Sed per 'intelligere' non potest poni quod in
 intellectu acquiratur quantitas mobilis nec etiam ubi, cum non sit quid 20
 corporeum; nec etiam qualitas, quia probatum est quod actus intelligendi
 W 9^{va} nec etiam acquisitum | per ipsum est in aliqua specie qualitatis. Actio
 A 6^{ba} enim | et passio et forma acquisita, ut communiter ponitur, sunt realiter
 unum. Ergo nullo modo potest poni quod actus intelligendi sit vel actio
 vel passio realis existens in genere aliquo; et per consequens videtur quod 25
 dicat esse rationis et secundam intentionem.

8 vel dispositio] WV *etc.* A 9 in] WA^cV *om.* A 10 vel ... se] WV ut A | ista] WV
 potentia A | praecedit] A precedunt WV 10-11 actum cum ordinetur] A cum dicant
 potentiam activam et passivam [V 7^{va}] ordinatur WV 11 et passibilis qualitas] W *etc.*
 A vel passibilis qualitas V 12 sensibilis] WV passibilis A | constat quod] WV *om.* A
 13 quantitatis] A quantitati WV | genere] WV aliquo specie A 14 dicatur ad hoc]
 WV dicas A 15 quia] WV *om.* A | sive] WV intelligere sive A | esse ... actionem]
 WV actio sive passio A 16 ad minus probatur] WV videtur A 17 et] WA vel
 V 18-19 vel ... ubi] WAV quantitatis mobilis vel virtutis *add.* A^c 19-20 non ...
 acquiratur] WV non acquiratur A 20 nec etiam] WV vel A 21 quia ... quod]
 WV cum A 22 nec ... qualitatis] WV non sit qualitas ut probatum est A nec etiam
 aliquid acquisitum per ipsum est in aliqua specie qualitatis V 23 enim] WV autem
 A 24 nullo ... intelligendi] WV actus intelligendi non potest poni quod A | vel] WV
om. A 25 videtur] WV *om.* A 26 dicat ... intentionem] WV sit secunda intentio et
 dicat esse rationis A

11 In contrarium est quia: Illud quod distinguitur contra ens reale
divisum in substantiam et accidens reale, non est actus intelligendi.
Sed secunda intentio est huiusmodi. Ergo *etc.* Maior patet quia actus
intelligendi cum accidens reale habens causam realiter ipsum causantem
5 et est ens faciens compositionem in intellectu. Minor similiter patet quia,
ut adnunc supponitur, secunda intentio dicit esse rationis distinctum
contra ens divisum in decem praedicamenta, quod est ens divisum in
substantiam et accidens reale.

12 Praeterea. Illud quod est actus determinati generis, non est secunda
10 intentio. Sed actus intelligendi est huiusmodi. Ergo *etc.* Maior faciliter
patet quia: Illud quod est actus determinati generis non convenit esse
genus. Sed secunda intentio convenit esse genus et invenitur in omni
genere, scilicet esse universale, esse genus, esse speciem. Ergo *etc.* Minor
autem patet quia actus intelligendi est verum accidens reale, et constat
15 quod dicit accidens determinatum et determinati generis, non enim est
in omni genere. Ergo *etc.*

⟨Solutio⟩

⟨De quadam opinione⟩

13 Respondeo. Ad evidentiam huius quaestionis sciendum quod, sicut
20 frequenter supra dictum est, intentio dupliciter potest accipi, scilicet
formaliter et in abstracto, ipsa scilicet intentionalitas; et materialiter
et etiam in concreto, scilicet illud cui attribuitur intentionalitas, modo
sicut supra dictum etiam fuit. Quidam dicunt quod¹ intentio tam prima
quam secunda quantum ad ipsam intentionalitatem est actus intelli-
25 gendi, sed quantum ad ipsum concretum est res intellecta, ita quod res
intellecta absolute est prima intentio concretive dicta (puta homo, bos et

1 quia illud] W quia A quod illud V 2 intelligendi] WAV cum sit accidens reale habens
causam ipsum causantem etiam realiter et faciens compositionem cum intellectu *add.* A
3-8 sed ... et accidens reale] WV *om.* A 5 quia] W quia quia (!) V 9 praeterea.
Illud] WV item A 10-16 maior ... genere. Ergo *etc.*] WV *om.* A 19 huius] WV
om. A 19-20 sicut ... est] WV *om.* A 20 dupliciter] WV *om.* A | scilicet] WV vel
A 21 et ... intentionalitas] WV pro intentionalitate A 22 et ... illud] W pro eo A
et in concreto scilicet illud V 22-23 modo ... fuit] WV *om.* A 23 quidam] WV et
A | dicunt] WAV aliqui *add.* A 24 quam] WA tam V | ipsam intentionalitatem] WV
om. A 25 est] WA *om.* V 25-26 ita ... intellecta] WA *om.* V 26 absolute] WV
absoluta A

1 Cf. *Dist.* 1, §§ 49-51.

consimilia). Primus autem actus intelligendi quo sic absolute res intelligitur, est prima intentio in abstracto. Secunda autem intentio concretive dicta est ipsa res intellecta in habitudine ad plura in quibus est.

14 Istud autem fuit reprobatum superius, quando agebatur de prima intentione quaestione secunda.² Nam ibi ostensum est quod intentiona-
 V 7^{vb} litas quae dicitur prima vel secunda intentio, non est | ipsa res intellecta
 nec actus intelligendi, sed est habitudo rei intellectae ad actum intelli-
 gendi, prout scilicet terminat tendentiam intellectus sive ipsum actum
 intelligendi, et est habitudo rationis. Et ideo accipiendo primam inten-
 W 9^{vb} tionem vel secundam quantum ad ipsam intentionalitatem in abstracto, |
 et accipiendo intentionem ex parte intelligibilis, non ex parte intellectus,
 intentio tam prima quam secunda in abstracto est habitudo rei intellec-
 tae ad actum intelligendi, et non ipse actus intelligendi. Unde illa opinio
 fuit reprobata sufficienter.

⟨De quadam alia opinione⟩

15 Aliorum³ opinio est quod semper in omni actu intelligendi est prima et secunda intentio; et dicunt quod semper res intellecta est prima intentio, sed secunda intentio est actus intelligendi. Et isti non faciunt differentiam inter intentionem in abstracto et intentionem in concreto, cui illa scilicet intentionalitas attribuitur.

16 Ad huius igitur evidentiam est sciendum quod secundum ipsos ‘actus intelligendi’ accipi potest dupliciter. Uno modo secundum quod est actus quidam realis; et sic non dicitur secunda intentio nec habere esse rationis

1 consimilia] WV huiusmodi A 1–2 intelligitur] WV intelliguntur A 4 istud autem] WV hoc A 4–5 superius ... intentione] W om. A superius V 5 secunda] WAV predictae distinctionis add. A | nam ... quod] W intentionalitas enim A intentionalitas V 6 ipsa] WV om. A 7 est] WV om. A 8 scilicet] WV om. A | terminat] WA terminant V 10 ipsam] WV om. A 11 ex parte²] WV om. A 12 intentio ... habitudo] A sic enim oportet accipere primam et secundam intentionem ut ibi ostensum fuit, intentio tam prima quam secunda in abstracto accepta est ipsa habitudo praedicta WV 13 et ... intelligendi] WA om. V | illa] WV haec A 14 fuit] WAV ibi add. A 16 est¹] AV fuit W 17 dicunt quod semper] WV om. A 18 sed ... intelligendi] WV actus intelligendi est secunda A 18–19 et ... differentiam] WV nec distinguunt A 19 intentionem¹] A intentionalitatem WV | in] WA^cV om. A | intentionem²] WV om. A 20 cui ... attribuitur] W om. A cui illa intentionalitas attribuitur V 21 huius igitur] WV cuius A | est] WA om. V 23 quidam] WV om. A | dicitur] WAV esse add. A | nec] WA ut V

2 Cf. Dist. 1, §§ 52–57.

3 Cf. Dist. 1, §§ 45–46.

tantum prout distinguitur contra esse reale. Alio modo accipitur actus intelligendi quasi vice rei intellectae: Sicut pictura hominis dicitur homo, non quidem simpliciter sed dicitur pictus homo, unde pictura hominis dicitur diminutive et secundum quid homo, sic etiam actus intelligendi
 5 hominem (vel equum ita quod sunt) dicitur diminutive et secundum quid homo (vel equus) quasi diceretur homo vel equus pictus sive homo vel equus intellectus. Et quia actus intelligendi hominem vel equum, licet sit simpliciter res quaedam in se, non tamen est simpliciter res quaedam, non tamen simpliciter est, sed secundum quid et diminutive, ideo actus
 10 intelligendi prout accipitur sic vice rei intellectae dicitur secundum quid 'res intellecta'; et per consequens ut sic dicitur habere esse rationis distinctum contra esse reale sive contra esse rei simpliciter.

17 Dicunt | ergo ad primam intentionem pertinere omne illud quod *A 7^{ra}* habet simpliciter esse reale in rerum natura, sive sit substantia sive sit
 15 accidens; nam habere simpliciter esse reale non accipitur prout substantia dicitur 'ens' simpliciter, sed prout esse in rerum natura dicitur 'esse simpliciter' respectu eius quod habet esse rationis tantum. Et ipse etiam actus intelligendi ut est res quaedam pertinet ad primam intentionem, sed ad secundam intentionem dicunt pertinere ipsum actum intelligendi
 20 prout diminutive dicitur ipsa res intellecta, prout scilicet actus intelligendi equum dicitur diminutive equus, modo superius exposito.

18 Isti etiam non ponunt quod esse primam intentionem aliquid vel rei vel rationis addat supra naturam rei quae intelligitur. Hoc autem, licet sit subtiliter dictum, non videtur mihi verum, et quidem quantum
 25 ad hoc quod esse primam intentionem nihil addat supra naturam rei

1 tantum prout distinguitur] WV distinctum A 2 intelligendi] WV om. A 3 quidem] WV om. A | dicitur] WV om. A 3-4 unde ... dicitur] WV et A 4 homo] WV om. A 5 ita quod sunt] W^c om. WAV 6 equus] WAV scilicet intellectus add. A 6-7 homo² ... et] WV pictus A 7 quia] WAV ergo add. A 8 in se] W^c om. WAV 8-9 simpliciter² ... est] WV est homo simpliciter A 10 prout ... intellectae] WV om. A | dicitur] WAV diminutive et add. A 11 ut sic] WV om. A 12 sive contra esse] WV om. A | rei] WAV vel esse add. A 14 substantia] WAV^c om. V | sit²] WV om. A 15 nam ... prout] WV non accipiendo esse simpliciter non pro esse A 15-16 substantia ... simpliciter] WV substantive A 16 sed] WAV accipiendo esse simpliciter add. A 17 eius quod habet] WV om. A | tantum. Et] WV om. A 19 sed] WAV pertinet add. A | intentionem ... intelligendi] WV om. A 20 prout scilicet] WV ut A 21 modo superius exposito] WV om. A 22 isti etiam non] WV nec A | esse primam intentionem] WV prima intentio A 24 mihi] WV om. A | quidem] WV est reprobatur supra secunda questione A 25 esse] WV om. A | nihil addat] WV non addere A | naturam rei] WV rem A

W 10^{ra}
V 8^{ra} quae intelligitur (puta supra naturam equi vel hominis), saltem quantum ad esse rationis, reprobatur est supra | quando | arguebatur de prima intentione, et hoc in secunda quaestione.⁴

⟨*De vera opinione*⟩

19 Quantum autem ad aliud, scilicet quod actus intelligendi quando 5
accipitur vice rei modo supra dicto, non sit secunda intentio, intendo ostendere triplici ratione. Prima ratio sumitur ex distinctione ipsius esse rationis contra esse rei; et est talis. Illud quod distinguitur contra omne esse reale, nullo modo est actus intelligendi. Sed secunda intentio est huiusmodi. Ergo *etc.* Probo maiorem quia: Illud quod distinguitur contra 10
esse reale, non est illud quod dicit verum esse reale, quia illud quod dicit aliquod esse reale non potest distingui contra omne esse reale, quia tunc esset diversum a seipso. Sed actus intelligendi dicit verum esse reale. Ergo illud quod distinguitur contra omne esse reale, non est actus intelligendi, 15
licet enim actus intelligendi non sit simpliciter esse reale illius. Quod intelligitur per ipsum, est tamen in se quoddam verum esse reale. Minor probatur quia: Illud quod distinguitur contra ens commune divisum in decem praedicamenta, distinguitur contra omne esse reale, nam omne esse reale continetur in aliquo dictorum predicamentorum aliquomodo, scilicet vel sicut species vel sicut differentia vel sicut principium eius 20
quod est in genere. Sed secunda intentio est huiusmodi, quia dicit esse rationis quod Philosophus distinguitur in sexto *Metaphysicae*⁵ contra ens commune divisum in decem praedicamenta. Ergo secunda intentio distinguitur contra omne esse reale. Et sic patet minor.

1–3 puta ... quaestione] *WV om. A* 2 arguebatur] argebatur *WV* 5–6 quantum ... dicto] *WV* sed quod actus intelligendi acceptus vice rei *A* 7 ad prima *etc*] bona ratio *add. V^m* | ratio] *WV om. A* | ipsius] *WV om. A* 8 omne] *WAV* verum *add. A* 9–17 sed ... probatur quia illud quod] *WV* quia quod dicit esse reale non distinguitur contra omne esse reale quia tunc esset diversum a seipso actus autem intelligendi est quid reale, licet non sit verum esse reale eius quod per ipsum intelligitur. ergo non est illud quod distinguitur contra omne tale sed huiusmodi est secunda intentio quia *A* 18–20 distinguitur ... scilicet] *WV* sub quorum aliquo continetur omne ens reale *A* 19 aliquomodo] *WV* quomodo *add. V* 21 sed] *WV* quia *A* | est huiusmodi quia] *WV om. A* 22 philosophus ... metaphysicae] *WV* distinguitur *A* 23 commune] *WV om. A* | praedicamenta] *WV* ut dicit philosophus in sexto metaphysice *A* 23–24 secunda ... minor] *WV* actus intelligendi non est secunda intentio *A*

4 Cf. *Dist.* I, §§45–47.

5 Cf. Aristotle, *Metaph.* VI, 1026a35–b4, 1027b17–1028a6 (ed. G. Vuillemin-Diem, *Aristoteles Latinus* XXV 2, 118, 121–122).

20 Secunda sumitur ex separatione universalis a particulari. Ad cuius
evidentiam sciendum quod secundum istos omnis secunda intentio est
actus intelligendi. Ista autem ratio probat quod saltem ista secunda inten-
tio quae est esse abstractum vel separatum a singularibus, non est actus
5 intelligendi. Et eadem ratione aliae secundae intentiones sunt actus intel-
ligendi. Hoc autem probatur sic: Esse abstractum quod est secunda
intentio, non convenit illi quod realiter est separatum ab individuis con-
tentis sub re intellecta, sed actus intelligendi, qualitercumque accipiat,
est realiter separatus et abstractus ab individuis contentis sub re intel-
10 lecta. Ergo *etc.* Maior patet quia universalia non semper separantur a
particularibus secundum rem, alioquin universalia haberent esse sepa-
ratum a particularibus in rerum natura, quod reprobatur Philosophus in
septimo Metaphysicae.⁶ Constat autem quod esse abstractum et separa-
tum quod est secunda intentio est esse abstractum et separatum quod
15 convenit universali respectu particularis. Ideo *etc.*

21 Minor etiam faciliter probatur quia: Sive accipiat actus intelligendi
ut est quidam actus realis secundum se, sive accipiat vice rei intellecte
modo quo ipsi ponunt, semper est realis quod diversum et separatum
ab individuis contentis sub re intellec|ta, nam illud quod simpliciter et
20 realiter negatur de aliquo est diversum realiter ab eo. Sed actus intelli-
gendi idem et realiter negatur a predictis individuis, quomodocumque

1 secunda] WAV ratio *add.* V. *ad* secunda *etc.*] bona ratio *add.* V^m | a particulari]
WV ac particularis A 1–2 cuius evidentiam] WV quod A 2 istos] WV
eos A 3 ista autem] WV sed hec A | ista²] WV hec A 4 vel separatum]
WV *om.* A 5–6 et ... intelligendi] W et eadem ratione abstractum a singularibus
non est actus intelligendi A *om.* V 6 hoc autem] WV et A^c *om.* A | probatur]
WV probat A 7 ab] WV ad A 8–15 sed ... ideo] WV quia universale, cui
convenit esse abstractum respectu particularis non abstrahitur vel non separatur ab ipso
particulari secundum rem, quia non habet esse in rerum natura praeter particularia sed
actus intelligendi qualitercumque accipiat est realiter separatus ab individuis contentis
sub re intellecta ergo A 9 separatus et abstractus] separatum et abstractum WV
10–11 separantur ... esse] W *om.* V 16 minor ... probatur] WV probatur minor
A 16–172.9 sive ... est in] WV quod realiter et universaliter et vere negatur de
aliquo ab ipso est realiter diversum sed actus intelligendi sive acceptus ut est quidam
actus rationalis sive ut accipitur vice rei intellecte vere realiter et universaliter negatur
de predictis individuis ut si intelligo hominem sortem non est realiter actus intelligendi
quomodocumque acceptus quia sicut animal pictum non est animal reale ita nec sortes
est homo intellectus sumendo hominem intellectum pro actu quo homo intelligitur hoc
probo quia sic posset dici sortes homo intellectus quando ipse intelligitur sed sic non est
actus intelligendi nec est [est] A^c] A

6 Cf. Aristotle, *Metaph.* VII, 1038b1–1039b19 (ed. G. Vuillemin-Diem, *Aristoteles Latinus* xxv 2, 147–150).

accipiat actus intelligendi. Unde si aliquis intelligat hominem, verum
 est dicere quod Sortes realiter non est actus intelligendi ut accipiat
 V 8^b vice hominis, quia sicut realiter animal habens esse reale non | est ani-
 mal pictum, ita ut Sortes est realiter homo intellectus, si 'homo intellec-
 tus' accipiat pro actu intelligendi quo homo intelligitur. Sed si 'homo
 intellectus' acciperetur non pro actu intelligendi sed pro obiecto quod
 per illum actum intelligitur, accipiendo sic 'hominem intellectum' Sortes
 posset dici 'homo intellectus', quia est homo qui intelligitur. Et homo sic
 intellectus non est actus intelligendi, nec est in intellectu sicut in subiecto,
 sed est obiective in intellectu modo quo est expositum supra,⁷ sicut et ista
 esset vera: 'Homo est animal pictum', si 'animal pictum' non accipiat
 pro ipsa pictura, sed pro eo cuius pictura est repraesentativa. Si pictura
 sit ipsius animalis quod est, non tamen posset dici 'animal pictum' si 'ani-
 mal pictum' staret pro ipsa pictura.

22 Tertia ratio sumitur ex praedicatione universalis. In qua ostenditur
 sicut in praecedenti quod non omnis secunda intentio est actus intel-
 ligendi. Quod tamen est contra istos secundum quos omnis secunda
 intentio est actus intelligendi prout actus intelligendi sumitur vice rei
 intellectae.

23 Ad cuius evidentiam sciendum quod duplex est universale, scilicet
 per repraesentationem; et universale sic dictum est species intelligibi-
 lis, si ponitur species vel actus intelligendi. Et tale universale est ali-
 quid existens in rerum natura et in intellectu sicut in subiecto. Aliud est
 universale per praedicationem, sicut homo dicitur significare universale
 respectu Sortis et Platonis. Et universale sic dictum quantum ad ipsam
 universalitatem sive quantum ad ipsum esse universale dicit secundam

1 aliquis] W aliquid V 2 Sortes] W homo V | intelligendi] WV nec etiam actus
 intelligendi add. V 5 accipiat] W accipitur V 10-14 in ... staret pro ipsa pictura]
 W sicut et homo est animal pictum sumendo hoc non pro pictura sed pro eo cuius est
 representativa pictura ergo actus intelligendi est quid diversum ab omnibus individuis A
 10 et] W etiam V 15 ad tertia etc.] opr[...] ratio no[...] bene add. V^m 16 sicut
 in praecedenti] WV om. A 17 tamen] WV etiam A | istos secundum quos] WV eos
 cum dicant quod A 18 prout actus intelligendi] WV ut A 20 ad cuius evidentiam]
 WV ubi A preterea A^c 21-22 et ... intelligendi] V sic dictum est species intelligibilis
 si ponitur species vel actus intelligendi W ut species intelligibilis secundum alios actus
 intelligendi A prout species intelligibilis secundum alios actus intelligendi A^c 23 et]
 WA etiam V 24 significare] WV om. A 25 et] WAV hoc modo add. A | sic dictum]
 WV om. A 26 sive ... universale] WV om. A

7 Cf. *Dist.* 1, §§ 21-23.

intentionem. Non autem universale quod est universale per repraesentationem dicit secundam intentionem prout se tenet ex parte intelligentis, | et distinguitur contra esse reale, licet possit dicere intentionem prout se tenet ex parte intelligentis, illud scilicet quod ducit in cognitionem rei. A 7^b

5 Sed sic non loquimur de intentione, ut supra dictum est.

24 His praemissis arguitur sic: Esse universale per praedicationem non convenit actui intelligendi sicut scilicet est in rerum natura quidam actus quo aliquid intelligitur. Sed esse universale per praedicationem est quaedam secunda intentio. Ergo non omnis secunda intentio est actus intelligendi. Minor patet, nam esse universale dicit secundam intentionem loquendo de universali per predicationem, quia de tali universali tractat per se Por|phyrius⁸ qui tractat de istis secundis intentionibus. W 10^{va}

25 Maior probatur. Ad cuius evidentiam sciendum quod actus intelligendi potest dupliciter accipi. Uno modo prout habet esse in intellectu sicut in subiecto ut actus quo aliquid aliud intelligitur. Et alio modo potest accipi ut quoddam obiectum intellectum, nam ipse actus intelligendi intelligi potest primo modo, ut non convenit ei esse universale per praedicationem quia: Illud quod est in subiecto singulari, non est universale per praedicationem, si accipiatur ut sic. Sed actus intelligendi quo quis intelligit aliquam naturam, puta hominem vel equum, est in subiecto singulari, scilicet in intellectu illius qui hominem vel equum intelligit. Ergo actus intelligendi ut sic non est universale per praedicationem. Sed bene verum est quod actus intelligendi prout est quid intellectum, et obiectum intellectus quia potest intelligi sicut | alia, potest esse universale V 8^{va}

1 non autem] WV sed A 1-2 quod ... repraesentationem] WV primo modo A 3 possit] WV posset A 5 de ... est] WV hic A 6 his praemissis] WV modo A | arguitur] WV om. A arguo A^c sic add. V 7 sicut scilicet] WV ut A 9 intentio¹] WAV et de hoc tractat porphyrius add. A | omnis secunda intentio] WV om. A 9-10 est actus intelligendi] WV om. A est actus intelligendi aliqua secunda intentio A^c 10-12 minor ... intentionibus] WV om. A 13 ad maior etc.] nota quomodo actus intelligendi est intellectus subiective et dicit non [...] universale per predicationem vel secunda intentio sed prout est in intellectu obiective add. V^m | ad cuius evidentiam] WV ubi A 14 uno ... in] WV primo ut est A 15 sicut] WV om. A ut A^c | ut actus] WV et ut illud A | aliud] WV om. A 15-16 et ... intellectum] WV om. A intellectus add. V 18 illud] WV om. A 18-19 universale] AV relatio W 19 si ... sic] WV om. A scilicet add. V | sed] WA om. V | intelligendi] WV om. A 20 aliquis] A aliquid WV | aliquam naturam, puta] WV om. A 21 illius ... intelligit] WV intelligentis hominem vel equum A 22 actus intelligendi] WV om. A 22-23 sed ... quod] WV nam ipse A 23-24 prout ... intelligi] WV om. A 23 et] V est W 24 potest²] WV et ut sic potest A | esse] WAV et add. A^c

8 Cf. *Isagoge Porphyrii*, ed. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus* 1. 6-7, pp. 5-31.

per praedicationem. Nam actus intelligendi in communi acceptus praedicatur de hoc actu intelligendi et de illo. Sed non convenit sibi, scilicet quod sic accipiat in communi, nisi prout est obiective in intellectu vel in illo. Et ex hoc sequitur quod intentio secunda quae est universale, non est actus intelligendi, nec est aliquid ei conveniens ut est in hoc intellectu sicut in subiecto, sed est aliquid conveniens tam ad actum intelligendi quam ad alias res prout sunt obiective in intellectu. Et hoc magis infra patebit quando descendetur ad intentiones secundas in speciali.

26 Et si arguatur quod tam actus intelligendi quam ipsum esse in subiecto est quoddam universale per praedicationem, et sic actui intelligendi ut est in subiecto convenit esse universale per praedicationem, etiam ad hoc dicendum quod aliud est dicere quod actum intelligendi esse in subiecto est quoddam universale per praedicationem, et dicere quod actus intelligendi ex hoc quod est in aliquo sicut in subiecto, est universale per praedicationem. Nam verum est quod actus intelligendi qui est in subiecto et ipsum esse in subiecto, potest accipi universaliter universalitate quae est per praedicationem. Sed hanc universalitatem nullum istorum habet nisi ex hoc quod est obiective in intellectu, quia universale per praedicationem, sive ipsum abstractum, non est in aliquo sicut in subiecto quantum ad istam universalitatem, sed tantum est in intellectu obiective. Et talis universalitas tam ipsi esse in subiecto quam ipsi actui intelligendi qui est in subiecto, convenit tantum prout sunt obiective in intellectu.

27 Sic ergo videtur mihi quod nulla secunda intentio, sive accipiat abstracte sive concrete, est actus intelligendi. Nam intentionalitas in ab-

1 intelligendi] WV om. A 2 sed] W et quod sic posset accipi in communi A hoc V 2-3 scilicet ... nisi] WV om. A 3 in²] WA non autem prout est subiective in V 3-4 vel in illo] WV huius sed prout est obiective in intelligente ipsum A 4 et ex hoc] WV ex quo A | est] WAV esse add. A 5 est²] V om. WA | ei] WV sibi A | ut est] WV subiective A | hoc] W^c om. WAV 6 sicut in subiecto] WV om. A | est aliquid] A quod omne universale per predicationem et [quod omne universale et add. W] quoddam WV | ad actum] WV actui A 7 ad alias res] WV alias rebus A | et hoc magis] WV ut A 8 quando ... speciali] WV om. A 9 et si arguatur quod] WV si arguo A 10 et sic] WV sic A 10-11 ut est in subiecto] WV om. A 11-12 etiam ... dicendum] WV dicendum A 13 per ... dicere] WV et A 14 aliquo] AV alio W 15 est¹] WAV dicere add. A 18 istorum] WV om. A 19 sive] WV vel A | ipsum] WAV esse add. A 20 est] WV om. A 21 talis] WV haec A 24 ad ergo etc.] vide bene add. V^m | mihi] WV om. A | sive] W^cAV om. W 24-25 accipiat ... concrete] WV in abstracto sive in concreto A 25 intentionalitas] WV om. A

stracto accepta quam hoc quod est esse intentionem formaliter importat, est relatio praedicta rei intellectae ad actum intelligendi tam in prima intentione | quam in secunda (ut saepe dictum est), quae non est actus intelligendi. Intentio etiam secunda concretive dicta sive illud cui praedicta intentionalitas attribuitur, similiter non est actus intelligendi, sicut probatum est per praedictas rationes, sed est illud quod consequitur rem prout est obiective in intellectu, puta esse abstractum vel superius vel genus vel esse speciem vel aliquid tale, de quibus quid sint magis in speciali infra patebit.⁹ W 10^{vb}

- 10 **28** Et sic patet ad quaestionem quia scilicet nulla intentio secunda est actus intelligendi.

(Ad rationes in oppositum)

- 29** Ad primam¹⁰ in oppositum dicendum quod illa ratio procedit ab insufficienti, quia 'esse rationis' non solum potest accipi pro potentia rationali vel eius actu, sed etiam pro eo quod consequitur rem prout est obiective in intellectu, sicut est esse abstractum vel esse superius vel inferius vel genus vel speciem et consimilia, quae nec dicunt potentiam rationalem nec actum intelligendi. Quod autem dicitur ulterius in eadem ratione quod potentia rationalis non potest esse secunda intentio, quia est in genere determinato, scilicet in genere qualitatis, eadem ratione sequeretur quod nec actus intelligendi potest esse secunda intentio, quia, sicut dicitur in solutione ultimi argumenti actus intelligendi, est in genere qualitatis.¹¹

1 accepta ... formaliter] WV om. A | importat] WAV tantum hoc quod est esse intentionem formaliter et add. A 3 ut ... est¹] WV om. A 4-5 intentio ... similiter] WV intentionalitas A 4 sive] W om. V 6 per praedictas rationes] WV om. A | est illud quod] WV om. A 7 puta] WV ut est A | esse] WA^cV om. A | abstractum vel] WV absolutum esse A 7-8 vel ... tale] WV om. A 8 sint] WV sit A 8-9 magis ... infra] WV inferius A 10 quia scilicet] WV quod A 13 illa ratio] WV om. A 15 etiam] AV et W 16 sicut est] WV ut A 16-17 vel¹ ... consimilia] WV et huiusmodi A 18 rationalem] A realem WV 18-19 quod ... ratione] WV et quod additur A 19 rationalis] A realis WV 20 scilicet in genere] WV om. A 21 sequeretur quod nec] W sequitur A sequeretur quod nec V | potest esse] WV non sit A 22 sicut ... argumenti] WV om. A 23 in] WA^cV om. A | qualitatis] WAV ut dicatur infra add. A

9 E.g. *Dist.* II, §§ 45-54.

10 Cf. § 4.

11 Cf. § 38.

30 Ad secundum¹² dicendum quod non oportet quod illud quo excluso
 A 7^{va} per | intellectum non manet secunda intentio etiam in apprehensione,
 V 8^{vb} sit secunda | intentio. Nam illa quorum rationes dependent ex alio, non
 manent in apprehensione illo alio per intellectum excluso, sicut accidens
 ut accidens non manet in intellectu excluso per intellectum subiecto, licet
 accidens non sit subiectum (nec econverso), et paternitas non manet in
 intellectu exclusa filiatione, cum tamen paternitas non sit filiatio, nec
 econverso. Et quia secundae intentiones sunt quaedam habitudines et
 quaedam separationes sive abstractiones consequentes illud quod intel-
 ligitur ut est obiective in intellectu, ideo ratio secundarum intentionum
 dependet ab intellectu. Et propter hoc secundae intentiones non possunt
 manere in apprehensione excluso actu intelligendi.

31 Illud autem quod accipitur ad probationem illius maioris, scilicet
 quod unumquodque potest manere in apprehensione excluso omni esse
 quod est diversum ab eo, non est verum universaliter, ut potest patere
 ex dictis. Minor autem etsi sit vera, tamen secunda probatio quae ad
 eam probandam introducit non valet, quia per hoc posset probari
 quod actus intelligendi esset de ratione terrae vel aquae, quia amoto actu
 vel actu intelligendi nulla res manet in apprehensione quia nec manet
 W 11^{ra} apprehensio saltem | intellectiva.

32 Et ideo dicendum quod actus intelligendi dupliciter convenit excludi,
 scilicet vel quantum ad esse vel quantum ad intelligi. Si primo modo
 excluditur actus intelligendi, nulla res manet in apprehensione intellec-
 tiva de qua loquimur, quia nec apprehensio manet. Si autem excluda-
 tur secundo modo, scilicet quantum ad intelligi, ita scilicet quod actus
 intelligendi non intelligatur, sic multa possunt manere in apprehensione

2 etiam] AV et W 3 nam] W quia AV | quorum] A quarum WV 5 manet
 in intellectu] W in intellectu V manet A 6 in] AV om. W 7 cum] WV que A
 | paternitas] WV om. A | sit] WV est A 8 sunt] A hec nec sunt WV 9 separationes
 sive] WV om. A 10 in] V om. WA | secundarum intentionum] WV earum A
 11 propter ... intentiones] WV ideo A 13 illud ... accipitur] WAV ad probationem
 maioris scilicet A | illius] WV om. A 14-15 in ... eo] WV etc dicendum quod
 A 15 potest patere] WV patet A 16 autem] WV om. A | probatio ... inducit]
 WV ipsius probatio A | quae] quod WV 18-19 actu ... intelligendi] W eo A actu
 intelligendi V 19-20 quia ... intellectiva] WV intellectiva A 21 ad et etc.]
 notandum add. A^m | dupliciter convenit] WV potest dupliciter A 22-23 vel² ...
 intelligendi] WV om. A 23 intelligendi] W et sic add. AV 24 de qua loquimur] V
 de quo loquimur W om. A 25 ita] WV sic A 25-26 actus intelligendi] WV om. A
 26 sic] WV et sic A

12 Cf. § 5.

excluso actu intelligendi sive non intellecta apprehensione, nam multa sunt etiam quae non manent in apprehensione excluso sic actu intelligendi, idest non intellecto actu intelligendi, sicut sunt omnia illa quorum ratio dependet ab actu intelligendi.

- 5 33 Ad tertium¹³ dicendum quod esse rationis quod est secunda intentio, non dicit aliquam essentiam ut aliquem actum realem existentem in aliquo subiective, sed dicit quandam habitudinem rationis consequentem rem ut est obiective in intellectu. Et illud esse est esse secundum quid, sicut etiam esse in potentia est esse secundum quid, licet non sit
10 per omnia simile. Dicendum ergo ad formam argumenti: Quando quaeritur utrum esse rationis sit aliquod esse, dicendum quod sic, scilicet esse secundum quid, et nullum esse simpliciter, quia formaliter loquendo non dicit aliquam naturam realem. Et quando dicitur ultra quod tunc sequeretur quod quoddam esse non esset esse, dicendum quod non sequitur
15 quod simpliciter quoddam esse non esset esse, sed bene sequitur quod quoddam esse secundum quid non est esse simpliciter. Et est inconueniens. Si autem quaeratur utrum istud esse rationis differat ab omnino nihil esse, et, si differat, quomodo differat ab eo, dicetur in tertio articulo.¹⁴

- 20 34 Quod autem dicitur quod si esse | rationis non est esse reale, quod *V 9^{ra}* sequitur quod nec potentia rationalis sit ens reale, dicendum quod esse

1 exclusio] *WA^cV* eo *A* | actu intelligendi] *W om.* *A* sive non intellecta apprehensione et *V* | intelligendi] *WAV* nam multa possunt intelligi et manere in apprehensione non intellecto actu intelligendi vel non intellecta apprehensione *add.* *A* nam multa possunt intelligi et manere in apprehensione non intellecto actu intelligendi sive non intellecta apprehensione *add.* *V* | nam] *AV* et *W* 3 actu intelligendi] *WV* eo *A* | sunt omnia] *WV om.* *A* 4 Intelligendi] *WAV* dico quod [nota bene *add.* *V^m*] non sicut actus intelligendi et talia sunt secunde intentiones, quia earum ratio dependet ab actu intelligendi et non possunt intelligi non intellecta implicitate vel explicite [non intellecta implicitate vel explicite *V*] actu intelligendi *add.* *WV* 6 ut] *WV* vel *A* 9 etiam] *WV om.* *A* 11 sit] *AV* est *W* | esse²] *WAV* rationis *add.* *A* | dicendum ... esse] *A om.* *W* cuius nullum esse quod esse rationis est aliquod esse *V* 13 quando dicitur ultra] *WV* quod additur *A* 14 non esset] *WV* sit non *A* 14-15 dicendum ... sed] *A om.* *W* bene sequitur quod *W* dicendum quod simpliciter quoddam esse non esset esse sed *V* 15 bene sequitur] *WV om.* *A* 16-17 et est inconueniens] *W* quod non sit conueniens *A* quod et hoc est inconueniens *V* 18 si differat] si differt] *WV om.* *A* 20 quod autem] *W* et quod *A* quia autem *V* 21 sequitur quod] *WV om.* *A* | nec ... reale] *WA^cV om.* *A* | sit] *WV* erit *A* | esse] *WV* ens *A*

13 Cf. §6.

14 *Dist.* II, §§86-98.

rationis potest accipi vel pro esse rationalis vel pro eo quod tunc consequitur rem prout est obiective in intellectu sicut esse universale vel abstractum. Tunc dicendum quod, si esse rationis primo modo non esset esse reale nec potentia rationalis esset ens reale, quia tale esse est illud re cum potentia rationali, sed si ponatur quod secundum esse rationis, quod scilicet consequitur rem prout est obiective in intellectu, non sit esse reale, non consequitur quod potentia rationalis non sit ens reale, sed quod habitudo omnium ad ipsam potentiam vel ad suum actum non sit ens reale. Et hoc verum est.

35 Ad quartum¹⁵ dicendum quod minor est falsa logice. Esse secunda intentio non est per se subiectum sive praedicatum et per se obiectum eius numero; tunc logica considerabit de secunda intentione ut de eo quod habet attributionem ad per se subiectum eius. Nam ea quae consequuntur res intellectas ut sunt obiective in intellectu, habent attributionem ad actum intelligendi, et maxime secundum quod considerantur a logico. Si autem ponatur quod logica sit de secundis intentionibus ut de primo et per se subiecto, tunc logica non est de actu intelligendi ut de suo per se subiecto, sed determinabit de actu intelligendi sicut de causa sui subiecti; eo modo quo potest esse causa in talibus quae habent tantum esse rationis, inquantum scilicet secunda intentio dependet ab actu rationis, quia scilicet non consequitur res nisi prout sunt obiective in intellectu.

36 Ad quintum¹⁶ dicendum quod, sicut esse intellectum sive esse rationis potest accipi vel pro actu intelligendi, vel pro eo quod consequitur res

1 esse] AV omne W | rationalis vel pro] WV om. A | tunc] W om. A rem V 2 rem] W^c om. WAV 2-8 prout ... ipsam] WV et si hoc non esset esse reale, nec potentia rationalis esset ens reale cum sit idem vel potest accipi prout est obiective in intellectu ut esse universale et huiusmodi et si hoc esse non sit reale non propter hoc sequitur quod potentia rationalis non sit ens reale sed quod habitudo obiective ad ipsam A 4 nec] W ut V 7 esse] W ens V | ens] W esse V 8 potentiam] A^c om. WAV 9 ad et etc.] cave add. V^m 10 quod ... falsa] W^cA om. WV 10-12 esse ... intentione] WV ad probationem dicendum quod si actus intelligendi sit per se obiectum logicae, tunc secunda intentio non erit per se primum eius obiectum vel subiectum, immo considerabitur de ea A 12 eo] A ea WV 13 subiectum] WV obiectum A 14 ut] WV prout A | in intellectu] WA intellecta V 15 considerantur] AV consideratur W 17 est] WV erit A 18 suo] WV primo et A 19 causa² ... habent] W^cV om. A 21 nisi] W^cV om. A 23 sive] WV vel A

15 Cf. §7.

16 Cf. §8.

ut sunt obiective in intellectu, ita etiam ipsum esse praedicabilitatis sive esse praedicatum potest accipi vel pro actu quo aliquid praedicatur sive enuntiatur de aliquo, vel pro habitudinibus quae consequuntur res ut respondent talibus actibus intelligendi; sicut quando dicitur 'Sortes
 5 est homo', inter Sortem et hominem est quaedam habitudo subiecti et praedicati, et superioris et inferioris. Et tales habitudines sunt ipsae secundae intentiones; non autem ipsi actus intelligendi.

37 Ad sextum¹⁷ dicendum quod actus intelligendi est quaedam qualitas existens in genere qualitatis, et reducitur ad tertiam speciem qualitatis,
 10 scilicet ad passionem. Nam omnis qualitas, sive sit qualitas sensibilis sive sit actus sentiendi vel etiam intelligendi, qui non habet esse fictum in subiecto sed quasi in quodam fieri et transitu, reducitur ad qualitatem quae dicitur passio.

38 Respondeo autem: Illa supraposita¹⁸ non videtur mihi valere. Nam
 15 actus intelligendi, licet sit actio alicuius agentis quae est causa effectiva eius et passio alicuius recipientis ipsum, tamen ipse actus intelligendi secundum se est quoddam accidens absolutum et forma absoluta quae, ut mihi videtur, non potest poni in alio genere quam in genere qualitatis.

⟨QUAESTIO SECUNDA⟩

20 ⟨*Utrum secunda intentio sit aliquid
 reale existens in intellectu sicut in subiecto*⟩

39 Ad secundum sic proceditur. Et arguitur quod secunda intentio sit aliquid reale existens in intellectu sicut in subiecto quia: Esse abstractum dicit secundam intentionem. Sed esse abstractum dicit aliquid reale

1 ut] WV prout A | etiam] AV et W 1-2 ipsum ... sive] WV ipsa predicabilitas vel A 3 quae consequuntur] WV consequentibus A 5 et²] WV om. A 6 ipsae] WV om. A 7 ipsi] WV ipse A 9 existens ... qualitatis¹] WV om. A | ad] WV ad ad (!) A | qualitatis²] WV om. A 10-11 sit ... sit] W om. AV 11 etiam] V et W om. A 14 illa] WV om. A | non] WA ut V | mihi] WV om. A 15 alicuius] WV om. A | quae] WV quod A 16 tamen] AV cum W 17 secundum se] WV om. A | quoddam ... et] W et quoddam AV^c om. V 18 quam in genere] WA^c V om. A 22 proceditur] WV prosequitur A 23 esse] A om. WV 24 esse abstractum] WV hoc A 24-180.1 aliquid reale sive] WV om. A

17 Cf. §9.

18 Cf. §11.

sive aliquam rem existentem in intellectu sicut in subiecto. Ergo *etc.* Maior patet quia abstractum, universale et consimilia dicunt secundas intentiones. Minor probatur quia: Illud quod fit ab intellectu agente et a fantasmate in intellectu possibili est aliquid reale existens in intellectu
 V 9^{rb} possibili | sicut in subiecto; nam ipsa est actio naturalis terminata ad
 aliquam naturam realem. Sed per actionem intellectus agentis fit in intel-
 lectu possibili aliquod abstractum a fantasmate, ut omnes concedunt.
 Ergo esse abstractum dicit aliquod reale existens in intellectu sicut in
 subiecto. Et sic patet minor.

W 11^{va} 40 Praeterea. In omni actione reali | praesupponitur subiectum in quo
 acquiritur aliqua forma sive aliquis actus realis in aliquo sicut in subiecto,
 scilicet in subiecto quod praesupponitur. Sed secundum Commentato-
 rem¹⁹ intellectus facit universalitatem in rebus. Ergo in ista actione aliqua
 forma sive aliquis actus realis acquiritur in aliquo sicut in subiecto, scili-
 cet in subiecto quod praesupponitur; aut ergo in re extra, aut in intellectu.
 Non in re extra, quia universale non habet esse in re extra. Relinquitur
 ergo quod universalitas sit aliqua res acquisita in ipso intellectu sicut in
 subiecto per actionem illam quae facit universalitatem.

41 Praeterea. Illud quod concipit mens de re, videtur pertinere ad secun-
 das intentiones, quia conceptus mentis videtur esse quaedam secunda
 intentio. Sed conceptus mentis est aliquid reale existens in intellectu sicut
 in subiecto. Ergo *etc.*

42 Praeterea. In eo in quo est universalitas sicut in subiecto, est secunda
 intentio sicut in subiecto; nam, ut videtur, universalitas pertinet ad
 secundam intentionem. Sed universalitas est quaedam res existens in
 intellectu sicut in subiecto. Ergo *etc.*

1 in¹] WV om. A 2-3 maior ... intentiones] WV om. A 3 minor probatur] WV probatio minoris A | a] WV om. A 4-5 intellectu possibili] WV ipso A 5 naturalis] WAV et add. WV 8 aliquod] WV aliquid A | intellectu] WAV possibili add. A 9 et ... minor] WV om. A 10 praesupponitur ... quo] WV presupponente subiectum A 11 sive aliquis] W vel A sive aliquid V 11-12 aliquo ... praesupponitur] V aliquo sicut in subiecto quod presupponitur exp. W subiecto quod presupponitur A 12 sed] WAV^c om. V 14 sive aliquis] W vel A sive aliquid V 14-15 aliquo ... scilicet in] WV om. A 15 in²] WAV^c om. V 16 universale ... extra] WV in ea non est universale A 17 ipso] WV om. A 18 actionem illam] WV secundam actionem A 19 mens] WV intellectus A 20 secunda] WV om. A 23 universalitas] WV veritas A | subiecto] WAV in quo add. A 24 universalitas] V^c veritas WAV 25 universalitas] V veritas WA

19 Cf. Averroës, *Comm. magnum in Aristotelis de anima libros*, 12²⁵⁻²⁶.

43 In contrarium est quia: Illud quod distinguitur contra omne esse reale, non est aliqua res existens in intellectu sicut in subiecto. Sed secunda intentio est huiusmodi. Nam esse rationis quod importat secunda intentio distinguitur contra ens divisum in decem praedicamenta, quod quidem ens comprehendit omne esse reale. Ergo *etc.*

44 Praeterea. Si aliqua secunda intentio esset res aliqua existens in intellectu sicut in subiecto, hoc maxime esset universale, quia maxime negatur esse in re extra animam. Sed universale non dicit aliquid existens in intellectu sicut in subiecto, quia omne quod est in aliquo intellectu realiter sicut in subiecto, est unum numero. Universale autem non | est A 8^{ra} unum numero. Ergo *etc.*

⟨Solutio⟩

45 Respondeo. Ad istam quaestionem dicunt quidam quod secundae intentiones quas vocamus abstractum, universale et consimilia, sunt quaedam res existentes in intellectu sicut in subiecto; sed in hoc est differentia inter ponentes istam positionem, quod quidam eorum dicunt istas secundas intentiones esse species intelligibiles. Alii vero dicunt quod sunt conceptus mentis quos mens de rebus format quando rerum dispositiones concipit. In hoc tamen conveniunt utique quod talia, scilicet species vel conceptus, licet aliquam realitatem, tamen non dicunt rem existentem in genere; non quia excedant entitatem generis (sicut Deus dicitur non esse in genere, quia entitatem cuiuslibet generis excedit), sed quia deficiunt ab entitate generis, unde non habent ita perfectam entitatem quae attingat ad entitatem generis.

1 illud] WV om. A 3-5 nam ... reale] WV ut patet ex dictis A 7 quia] AV quod W 8 animam] WV om. A 8-9 universale ... subiecto] WV non est universale aliquid huiusmodi A 9-10 quia ... subiecto est] V om. W quia quod est in aliquo intellectu realiter ut in subiecto est A 10-11 universale ... numero] W^c quod esse est unum realiter sed universale non [A 8^{ra}] dicit aliquid unum numero A om. WV 11 ergo] WV ideo A 13 istam] WV om. A 14 quas ... consimilia] W om. A quas nominamus abstractum universale et consimilia V | sunt] WAV^c om. V 15-16 in hoc ... quod] WV om. A 18 quos] quod WAV 18-19 dispositiones] WV diffinitiones A 19 utique] WV om. A 20 licet] WV dicunt A | dicunt] WV om. A 21 excedant] WAV^c cedant V 22 dicitur non] WV qui ex hoc non dicitur A | quia ... excedit] WV om. A 23 unde] WV quia A 24 quae] WA quo V

46 Ista autem non videntur mihi vera. Et primo non videntur mihi vera quantum ad hoc quod talia deficiunt ab entitate generis; secundo quantum ad hoc quod dicunt quod talia sunt secundae intentiones quas dicimus abstractum, universale vel aliquid tale.

47 Primum, scilicet quod ista non deficiunt ab entitate generis, ostendo 5
W 11^{vb} duplici ratione. Prima sumitur ex | comparatione istorum ad accidentia corporalia absoluta, et est talis: Non minus perfecta entitas convenit accidenti substantiae spiritualis quam accidenti corporum. Sed accidentia corporum habent ita perfectam entitatem quod attingunt ad entitatem 10
V 9^{va} generis | qualis entitas debetur generibus accidentium. Sed praedicta accidentia sunt accidentia substantiae spiritualis, scilicet animae intellectivae. Ergo praedicta accidentia, scilicet species et conceptus, pertingunt ad entitatem generis accidentium. Falsum ergo est dicere quod deficiant ab entitate generis. Minor patet de se, scilicet quod accidentia corporum attingunt ad entitatem generis et sunt in genere. Maiorem faciliter probo 15
 quia: Sicut se habet substantia ad substantiam, ita accidens ad accedens. Sed substantia spiritualis est perfectioris entitatis quam corporalis. Ergo *etc.*

48 Secunda ratio sumitur ex comparatione praedictorum accidentium ad relationes, et est talis: Omnis forma absoluta habet entitatem perfectiorem quacumque relatione, quia (saltem loquendo in creaturis) relatio minimum habet de entitate. Sed relatio habet tantum de entitate quod attingit ad entitatem alicuius generis entium realium. Ergo omnis forma absoluta attingit ad tam perfectam entitatem quantam requirit genus entis realis. Sed praedicta accidentia, scilicet species intelligibilis et 25

1 autem] WV positio A | videntur mihi¹] WV videtur A 1-2 primo ... vera] W primo A positio non videtur mihi verum V 2-6 secundo ... sumitur] WV quicquid improbat dicitur primo A 5 quod] WV^c om. V 7 et est talis] WV sic A 8 corporum] WV corporalis A 9 corporum] WV corporalia A | quod ... entitatem] WA^cV om. A 10-15 qualis ... genere] WV accidentium ergo et accidentia substantie spiritualis qualia sunt predicti conceptus mentis quis [quis A qui sunt A^c] 10 praedicta] WV autem *add.* W^c 15 maiorem faciliter probo] WV probatur maior A 16 se habet] A^c om. WAV | substantia] A substantiam W subiectum V 19 ratio sumitur] WV om. A | praedictorum WV dictorum A 20 et est talis] WV sic A 21 loquendo] WV om. A 22 de entitate¹] WV entitatis A 23 attingit] AV attinguit W | entitatem ... realium] WV aliquod genus entium realium A 24 absoluta] WA^cV om. A | attingit ... requirit] W habet tantam entitatem et tam perfectam quod attingit ad A attinguit tam perfectam entitatem quantam requirit V 25 praedicta accidentia scilicet] WV om. A

conceptus, sunt quaedam formae absolutae; non enim sunt relationes. Ergo attingunt ad entitatem alicuius generis realis.

- 49 Si dicatur ad hoc quod non sequitur ex his quod praedicta accidentia animae sint in aliquo genere, quia non sunt in genere relationis, cum non
 5 sint relationes, nec in genere absolutorum, quia, licet non deficient ab entitate relationis, deficient tamen ab entitate generum absolutorum, hoc non valet. Primo quia in ratione praecedente ostensum est quod praedicta accidentia habeant perfectionem entitatem quocumque accidente corporali. Constat autem multa accidentia corporalia esse in genere et
 10 habent tam perfectam entitatem quantam requirit genus entis realis. Immo quantum mihi videtur, omne accidens reale tam corporum quam quorumcumque aliorum, est in genere aliquo entium vel formaliter, ut species generis, vel sicut differentia vel sicut principium eius quod est species generis.
- 15 50 Secundo quia secunda intentio et ens rationis quod distinguitur contra ens divisum in decem praedicamenta, deficit a quacumque entitate existente in quocumque genere, alioquin non distingueretur contra ens commune divisum in decem praedicamenta sicut deficiens a toto ambitu praedicti entis. Sed probatum est nunc quod praedicta²⁰ accidentia non
 20 deficient ab omni entitate existente in quocumque genere, immo excedunt entitatem alicuius generis saltem generis relationis, ut probatum est. Ergo sive ponatur | in genere sive non, non potest esse quod sit secunda intentio sive ens rationis distinctum contra omne esse reale et deficiens ab entitate omnis generis. W 12^{ra}

2 attingunt ... realis] WV etc A 3 dicatur ad hoc] WV dicas A | his] WV hoc A 6 entitate¹] WAV talis *add.* A | absolutorum] WA absolutarum V | hoc] WV *om.* A 8 habeant] WV habent A 9 constat autem] WV sed A | accidentia] WA *om.* V 9–10 esse ... habent] W habent A esse in genere et habere V 11 quantum mihi videtur] WV *om.* A | omne] WA esse V | reale] WV *om.* A | corporum] WA corporeum V 13 generis] WV genus A | sicut²] WV *om.* A 14 species generis] WV in genere A 15 quia] WV non valet quia A | quod distinguitur] WV distinctum A 18 commune] WV omne A 19 praedicti entis] WV *om.* A | probatum est nunc quod] WV *om.* A 20 in quocumque genere] WV *om.* A 21 alicuius ... est] WV relationis A 22 ponatur] WAV quod sit *add.* A | non² ... sit] V^c potest esse quod sit WV est A 23–24 distinctum ... generis] WV reale genus deficiens. secundo non videtur vera positio quantum ad hoc quod ponit quod praecedentia accidentia sint secunde intentiones quod patet etiam per hoc quod secunde intentiones deficient ab entitate omnis generis non sic autem predicta accidentia A

20 Cf. §§ 47–49.

51 Secundum autem, scilicet quod praedicta accidentia, videlicet species et conceptus, non sint secundae intentiones quae sunt abstractum, universale, genus et consimilia, patet faciliter et per istam rationem ultimo factam quia praedictae intentiones deficiunt ab entitate omnis generis, non sic species et conceptus, ut ostensum est per duo ultima media per quae probatum est quod actus intelligendi non est secunda intentio quae est esse abstractum vel esse universale vel aliquid consimile, quia sicut ibi dictum est, abstractum quod est secunda intentio non est realiter separatum ab individuis contentis | a | re intellecta, sicut homo in communi acceptus quod dicitur esse quoddam abstractum a singularibus, non est realiter separatus ab individuis hominis, scilicet a Sorte et Platone. Praedicta autem accidentia sunt realiter separata a dictis individuis, et hoc intelligendum est quando differentiae species vel conceptus non sunt obiecta intellecta, sed aliae res, puta quando intelligit aliquis equum, species et conceptus equi in intellectu, sunt realiter separata ab individuis equi.

52 Similiter est sicut ibi dictum est de actu intelligendi, quod non est universale per praedicationem: ita etiam species et conceptus non sunt universalis per praedicationem. Quale est universale quod dicitur secunda intentio, sed sunt universalis per repraesentationem inquantum indeterminate et universaliter repraesentant aliquid in communi. Et hoc dico considerando ista ut sunt in aliquo determinato intellectu sicut in subiecto, ut principium cognitionis vel ut cognitio ipsa; quod dico propter conceptum qui secundum quosdam est realiter ipse actus intelligendi. Sed ut sunt quaedam obiecta intellecta, possunt esse universale

1-8 secundum ... intentio non est] WV item quia universale et esse abstractum et huiusmodi secunde intentiones non sunt aliquid A 7 esse¹] WA quoddam V 9 ab] WV a A | a] WV sub A 10 acceptus ... singularibus] WV om. A 11 ab] WV a suis A 11-12 hominis ... accidentia] WV species autem et conceptus A 12-13 a ... conceptus] WV quod verum est quando ipsa A 13 differentiae] W om. V | sunt] WAV dicte add. V 14 intellecta] WV composita A | puta] WV ut A | intelligit aliquis equum] WV intelligitur homo vel equus A 14-15 species] WA dicte species V 15 equi in intellectu] WV om. A | separata] WV separati A | ab] WAV eius add. A 16 equi] WV om. A 17 similiter ... actu] WV item sic actus A | quod] WV om. A 17-18 universale] AV universalis W 18 etiam] WV nec A | et] WV aut A 18-19 non ... praedicationem] WV om. A sunt A^c 19 quale est universale] WV illud universale est aliud ab eo A 20 repraesentationem] AV presentationem W 21 universaliter] WV et A 22 considerando ... sunt] WV ut ista sunt A 23 ut²] WA^c V om. A 23-24 quod ... qui] WV quia A 24 quosdam] WAV conceptus add. A 25 intellecta] WV cognita A

per praedicationem, sicut quando intelligo conceptum in generali conceptus sic acceptus est quoddam universale per praedicationem. Et ex hoc non habetur quod aliquid reale existens in intellectu sicut in subiecto sit universale per praedicationem ut est in intellectu sive sit acceptus sive
 5 aliquid aliud, sicut supra diffuse de actu intelligendi dictum est.²¹ Et hoc est dicere quod secundae intentiones non sunt in intellectu nisi obiective.

53 Est autem notandum quod non est intentio mea dicere quod, quando 'homo' vel 'equus' vel aliquid tale intelligitur universaliter et indeterminate, quod homo vel equus qui intelliguntur sit secunda intentio. Immo
 10 est prima intentio concretive dicta, ut potest patere ex superioribus. Sed eius universalitas sive indeterminatio est secunda intentio de quo magis infra apparebit quando de | his agetur magis in speciali. Haec enim indeterminatio et universalitas non convenit homini vel equo nisi prout est obiective in intellectu sine hoc singulari vel illo. Et ideo istae secundae
 15 intentiones dicuntur convenire rebus ut sunt obiective in intellectu.

54 Per ista patet ad quaestionem, scilicet quod intentiones secundae non sunt aliquid realiter existens in intellectu sicut in subiecto.

(Ad rationes in oppositum)

55 Ad primum ergo in oppositum²² dicendum quod aliud dicitur esse
 20 abstractum vel separatum dupliciter. Uno modo secundum rem; et isto modo illud quod est in intellectu sicut in subiecto, est separatum ab individuis contentis sub re intellecta, sicut conceptus mentis vel actus intelligendi et abstractum. Isto modo non dicit secundam intentionem,

1-2 sicut ... praedicationem] WV ut conceptus in generali acceptus est universale ad hunc et ad illum A 2 acceptus est] W om. AV | et] WV sed A 3 reale] WV om. A | existens] WAV realiter add. A 4 ut ... intellectu] WV om. A 5 aliquid] W^cA om. WV | aliud] W potest esse universale per predicationem et secunda intentio exp. W | diffuse] WV om. A 6 est] WA^cV om. A | nisi] WV subiective sed A 7 est¹ ... dicere] WV nec est intelligendum A 9 quod ... sit] WV quod homo sit A | vel equus qui] W om. A vel equus vel aliquid tale V 10 concretive dicta] WV om. A 11 sive] WV vel eius A 11-13 de ... non] WV quae ei non A 14 sine] WA sed est V | istae] WV om. A 16 per ista] WV et sic A 17 realiter] AV reale W | in¹] AV om. W | in²] AV om. W | subiecto] WV obiecto A 19 ad ad etc.] nota add. V^m | ergo] WV om. A 19-20 aliud ... dupliciter] WV aliud dicitur A esse abstractum dicitur add. A^c 20 vel separatum] WV om. A 20-21 isto modo] WV sic A 21 ab] WA ad V 22 sicut] WAV est add. W 23 isto] WV hoc A

21 Dist. II, § 25.

22 Cf. § 39.

sicut etiam nec scientia, quae est habitus realiter separatus ab omnibus individuis rei scibilis de qua est illa scientia, est secunda intentio. Alio modo dicitur abstractum et separatum secundum rationem, sicut 'homo' dicit aliquod abstractum a Sorte et Platone. Et tale, quantum ad suam abstractionem, dicit secundam intentionem. Et tale non est in intellectu sicut in subiecto, sed est in intellectu obiective; cui sicut cognitum obicitur homo, non cognito Sorte et Platone.

56 Ad secundum²³ dicendum ad maiorem quod in omni actione reali praesupponente subiectum, aliquod reale acquiritur aliqua forma vel actio. Et quando dicitur in minori quod intellectus agens facit universalitatem, dicendum quod, sicut saepe dictum est, duplex est universale; scilicet per repraesentationem, et sic actus in|telligendi et species, si ponatur species, conceptus mentis dicitur universale. Et universale sic dictum non est secunda intentio accipiendo intentionem ex parte intelligibilis et distinctam contra esse reale, sicut nunc accipimus. Et de tali universalis verum est quod intellectus agens facit universalitatem sive universale actione reali. Nam realiter causat aliquod praedictorum, scilicet speciem vel actum intelligendi vel conceptum vel etiam omnia haec, et ista sunt in intellectu sicut in subiecto. Alio modo dicitur universale per praedicationem, et universale sic dictum non habet factionem realem sed consequitur ad actionem realem existentem in alio. Nam facta in intellectu intellectione vel conceptione repraesentante rem universaliter et indeterminate sicut facta conceptione repraesentante hominem indeter-

1 etiam] WV om. A | omnibus] WV om. A 2 est secunda intentio] WV om. A
3 et separatum] WV om. A | homo] WAV in communi add. A 4 abstractum]
WAV secundum rationem add. A 5 et tale non] W nec A et tale quantum ad suam
abstractionem non dicit secundam intentionem et tale non V 6 est in intellectu] WV
om. A | sicut cognitum] WV intellectui A 7 homo] WV sicut obiectum cognitum
A 8 in] WA^cV om. A 9 praesupponente] AV presupponitur W | subiectum]
WAV et add. V | reale] WAV in qua add. W^c om. WAV 9-10 aliqua ... actio] W in
illo subiecto presupposito V in illo subiecto A 10 et ... minori] WV ad minorem
A 10-11 facit universalitatem] WV etc A | universalitatem] WAV non quomodo
intellecta propositio communi convenit add. W^c 11-13 sicut ... ponatur] WV om.
A 13 dicitur] WV est A 13-14 et ... dictum] WV per representationem et sic
A 15 sicut nunc accipimus] WV om. A | de] WV in A 16-17 sive universale] WV
om. A 17 aliquod predictorum scilicet] WV om. A 18 vel¹] WV si ponatur sive A
| intelligendi] WV om. A | etiam] WV om. A 18-19 et ista] WV que A 19 alio
modo dicitur] WV sed A 20 et ... dictum] WV om. A 21 actionem realem] WV
eam A 21-22 in intellectu] WV om. A 22 intellectione] WAV vel specie add. A
| repraesentante rem] WV om. A 23 indeterminate] WAV representante in intellectu
add. A | facta ... hominem] WV conceptione hominis eum representante A

23 Cf. §40.

minate absque Sorte et Platone, consequitur hoc quod est hominem esse indeterminate repraesentativum et esse obiective in intellectu indeterminate. Et hoc non habet factionem realem. Sicut enim quando dicimus quod res aliqua est facta in intellectu, non ponitur factio realis in illa re,
 5 ita nec, quando dicitur facta universalis, idest indeterminate intellecta, nulla factio realiter est in ea nec aliquid reale acquiritur in ea.

57 Dicendum ergo ad formam | argumenti quod intellectus actione reali A 8^{va}
 facit | universalitatem et universale per repraesentationem, quod quidem W 12^{va}
 universale est quaedam forma acquisita in intellectu sicut in subiecto; et
 10 isto modo universale non est secunda intentio. Sed universale per praedicationem quod est secunda intentio, non fit ab aliqua factione reali quae per se terminetur ad tale universale, nec est aliquid realiter acquisitum in aliquo sicut in subiecto; sed factio realiter universali per repraesentationem, universale per praedicationem consequitur rem prout est obiective
 15 in intellectu secundum tale esse quod habet obiective in intellectu, cui rei sic existenti obiective in intellectu nulla factio realis convenit.

58 Ad tertium²⁴ dicendum quod, sicut voluntas dicitur tam ipse actus volendi quam ipsa res volita, ita etiam conceptus solet dici tam ipsa conceptio quae est in intellectu sicut in subiecto, quam ipsa res intellecta
 20 quae respondet ipsi conceptioni. Et neutrum istorum est secunda intentio. Unde minor simpliciter est falsa. Sed verum est quod abstractio sive indeterminatio, sive hoc quod est esse terminum ad quem terminatur actus intelligendi qui consequitur rem intellectam sive conceptam, dicit secundam intentionem.

1 Platone] WV aliis singularibus et A | hoc] WA hic V 2 indeterminate] WA^cV interminate A | repraesentativum] WV representatum A 3 realem] AV secundum rem sed secundum W | dicimus] WV dicitur A 4 in intellectu] A intellecta WV 5 nec] WV om. A | facta] WA substantia V | indeterminate] WA^cV interminate A 6 realiter] WV realis A | reale] AV om. W 7 actione] WV factione A 8 et] WAV scilicet et V^c 8-9 quidem universale] W om. AV 10 isto modo universale] WV om. A 10-11 sed ... intentio] WA om. V 11 fit ab] WA sit in V | aliqua] aliquo WAV 12-13 in aliquo] WV om. A 13 factio] WA factio V 16 convenit] WAV secundum tale esse add. A 18 ipsa¹] WV om. A 20 conceptioni] WV conceptui A | istorum] WV horum A 21 minor simpliciter] WV maior A | abstractio] WAV haec abstractio A^c 22 indeterminatio] WA^cV interminatio A | terminum] AV terminus W 23 intellectam sive conceptam] A conceptam sicut intellectam W conceptam sive intellectam V

24 Cf. §41.

〈QUAESTIO TERTIA〉

〈*Utrum secunda intentio sit aliquid
reale positivum existens in rerum natura*〉

59 Ad tertium sic proceditur. Et arguitur quod secunda intentio sit aliquid reale positivum existens in rerum natura quia: Aut est aliquid 5 reale, aut omnino nihil. Si est aliquid reale existens in rerum natura, habetur propositum. Si nihil, sequitur quod universale, abstractum et consimilia sint nihil, et per consequens sequitur quod scientia tractans de istis tractet de nihilo. Quod est inconueniens. Relinquitur ergo quod sit aliquid realiter existens in rerum natura. 10

60 Praeterea. Intentio secunda aut est absolute aliquod ens reale, aut est ens secundum quid, aut omnino nihil. Si datur primum, habetur propositum. Si secundum: Cum ens secundum quid aliquid reale dicat recedens a nihilo, oportet quod secunda intentio aliquam rem dicat, licet diminutam. Si omnino dicat nihil, sequuntur inconuenientia prius 15 posita, et sequitur quod ista abstractum, universale et consimilia nihil significant.

V 10^{rb} 61 Praeterea. Illud quod dicit purum | non-ens, non praedicatur de ente. Sed intentiones secundae praedicantur de ente reali. Ergo *etc.* Maior patet quia: Si illud quod dicit purum non-ens praedicaretur de ente, 20 sequeretur quod ens esset non-ens, quod est impossibile. Minor etiam patet quia: Secundae intentiones praedicantur de primis intentionibus, ut quando dicimus ‘homo est species’. Primae autem intentiones acceptae in concreto, sicut hoc quod dico ‘homo’ vel ‘bos’, dicunt res in rerum natura existentes. Ergo *etc.* 25

5 quia] WA quod V 6 reale] WAV existens in rerum natura *add.* A | si ... natura] WV et A 7 si] W aut A sed V | nihil] WAV et si hoc *add.* AV 8 consimilia] WV huiusmodi A | per consequens sequitur] WV *om.* A 9 de istis tractet] WV de istis tractat A^c *om.* A | relinquitur ergo] WV ergo oportet A 10 sit] WV sint A | realiter] WV reale A 11 *ad* praeterea *etc.*] secunda *add.* V^m 11–12 aut² ... quid] WV *om.* A et habetur propositum aut secundum quid et cum tale dicant aliquid reale A^c 15 licet] WA vel V | si ... nihil] WV aut dicat omnino et A aut dicat omnino nihil et A^c | sequuntur] WV et sequuntur A 16 sequitur] WV *om.* A | ista ... consimilia] WV universale et huiusmodi A 17 significant] WV significant A 18 *ad* praeterea *etc.*] tertia *add.* V^m | ente] WAV alias ens esset non ens *add.* A 19 ergo *etc.*] WV *om.* A 19–22 maior ... praedicantur] WV scilicet A 23 quando dicimus] W cum dicitur AV 24 hoc quod dico] WV *om.* A | dicunt] AV dicuntur W

62 Praeterea. Obiectum intellectus se habet ad intellectum sicut movens ad motum, nam intellectus movetur ab obiecto. Sed secundae intentiones sunt quaedam intelligibilia; alioquin nulla scientia tractaret de eis. Ergo secundae intentiones natae sunt movere intellectum. Sed non-enti non
 5 convenit movere; omne enim movens movet | inquantum est aliquod ens *W 12^{vb}*
 actu. Ergo *etc.*

63 In contrarium est quia: Illud quod dividitur contra ens divisum in decem praedicamenta, non dicit aliquam entitatem realem in rerum natura existentem. Sed secundae intentiones sunt huiusmodi. Ergo *etc.*
 10 Maior patet quia: Illud quod dividitur contra ens divisum in decem praedicamenta non est substantia, nec accidens; sed quod non est substantia vel accidens, non dicit aliquam entitatem realem. Ergo *etc.* Minor etiam patet per Philosophum sexto *Metaphysicae*, ubi dividit ens secundum rationem contra ens divisum in decem praedicamenta,²⁵ secundae autem
 15 intentiones quia dicunt ens secundum rationem. Ergo *etc.*

64 Praeterea. Si secundae intentiones, sicut sunt universale, abstractum et consimilia, dicant ens reale in rerum natura existens quantum ad ipsam universalitatem vel abstractionem, sequitur quod universale realiter aliquid est separatum divisum re separatum ab ipsis singularibus.
 20 Sed hoc est falsum et contra Philosophum septimo *Metaphysicae*.²⁶ Ergo *etc.*

1 *ad praeterea etc.*] quarta *add. V^m | intellectum*] *WV ipsum A 7 ad in¹ etc.*] in contrarium *add. V^m | quia*] *AV quod W 9–15 ergo ... dicunt ens secundum rationem*] *WV quia dicunt ens secundum rationem contra ens reale diversum contra ens reale divisum septimo metaphysice A 12 aliquam*] *W etiam V 16 ad praeterea etc.*] secunda *add. V^m | secundae intentiones*] *WV universale et alie secunde intentiones A 16–17 sicut ... dicant*] *WV dicunt aliquod A 17 in ... existens*] *WV om. A 18 vel abstractionem*] *WV et alias intentionalitates A 18–19 realiter ... re*] *WV erit aliquid realiter divisum et A 19 ab ipsis*] *WV a A 20 falsum et*] *WV om. A*

25 Cf. Aristotle, *Metaph.* VI, 1026a35–b4, 1027b17–1028a6 (ed. G. Vuillemin-Diem, *Aristoteles Latinus* XXV 2, 118, 121–122).

26 Cf. Aristotle, *Metaph.* VII, 1038b1–1039b19 (ed. G. Vuillemin-Diem, *Aristoteles Latinus* XXV 2, 147–150).

⟨Solutio⟩

⟨De distinctione intentionis⟩

65 Respondeo. Ad evidentiam istius quaestionis primo praemittenda est distinctio de intentione quae frequenter posita est.²⁷ Secundo ostendendum est quod intentio quaecumque quantum ad ipsam intentionalitatem de qua vere loquimur, non dicit aliquam rem existentem in rerum natura, formaliter loquendo. Tertio ostendendum est quod intentio secunda etiam concretive dicta non dicit aliquam rem existentem in rerum natura, et hoc formaliter loquendo. Quarto ostendetur quomodo differat ab omnino nihilo. Et per ista patebit satis facilius ad argumenta. 10

66 Quantum ad primum sciendum quod, sicut saepe dictum est,²⁸ accipiendo primam et secundam intentionem prout intentio se tenet ex parte intelligibilis intentio prima vel secunda, dupliciter potest accipi, scilicet vel in abstracto, ipsa scilicet intentionalitas quae est terminatio qua obiectum dicitur terminus actus intelligendi, et est relatio ipsius intellecti ad actum intelligendi sive ad ipsam intellectionem. Vel in concreto, scilicet ipsum intelligibile quod terminat actum intelligendi et cui convenit ista relatio secundum quod supra dictum est,²⁹ quod secundum duplex
A 8^{vb} genus | intelligibilium accipiuntur prima et secunda intentio concretive dicta. Et hoc sufficiat de primo. 20

⟨Quod secunda intentio quantum ad
ipsam intentionalitatem non dicit aliquam rem existentem
in rerum natura formaliter loquendo⟩

67 Quantum ad secundum, ad declarandum scilicet quod ipsa intentionalitas quae est relatio rei intellectae ad actum intelligendi in rerum 25

3 ad respondeo etc.] respondeo add. V^m | ad ... praemittenda] WV primo ponenda A 4–11 quae ... sciendum] WV scilicet A 11 sicut ... est] WV om. A 12 prout ... tenet] WV om. A 13 intentio ... secunda] WV om. A | dupliciter] WV om. A | potest] WAV intentio add. A 13–14 scilicet] WV om. A 14 in] WA^cV om. A | ipsa scilicet intentionalitas] WV pro intentionalitate A 16 sive] WV vel A | vel] WAV potest accipi add. A 17 ipsum intelligibile] WV pro intelligibili A 19 accipiuntur] WV accipitur A 20 dicta ... primo] WV dictae A 24 quantum ... scilicet] WV secundo ostendendum est A | ipsa] WV talis A 25–191.1 quae ... natura] WV om. A

27 E.g. *Dist.* 1, §§ 13–23.

28 E.g. *Dist.* 1, § 16.

29 Cf. *Dist.* 1, § 19.

natura, non dicat aliquid reale existens subiective in aliquo, praemitto unam distinctionem, scilicet quod si praedicta relatio sit aliquod ens reale existens in aliquo subiective, oportet quod sit vel in intellectu sicut in subiecto, vel in | ipsa re intellecta. Si ponatur in intellectu, oportet quod
 5 fundetur super actum intelligendi, quia aliud non potest ibi poni super quod talis relatio fundetur. V 10^{va}

68 Hoc autem, scilicet quod relatio rei intellectae ad actum intelligendi quae est relatio rationis fundetur super actum intelligendi, |, dupliciter
 10 potest intelligi. Uno modo secundum opinionem³⁰ superius positam, quae ponit quod actus intelligendi dupliciter potest accipi, uno modo ut est quaedam res in se existens in genere qualitatis; et sic fundatur super ipsam relatio realis ad rem intellectam. Alio modo prout accipitur vice rei intellectae, sicut quandoque accipitur imago vice rei cuius est imago, ita quod ipse actus intelligendi lapidem dicatur 'lapis' secundum quid, sicut
 15 et pictura Herculis dicitur 'Hercules'; etiam quod super eum fundetur talis relatio quae sit ens reale, sed secundum quid. W 13^{ra}

69 Istud autem non videtur mihi posse stare et ad hoc adnunc adduco duas rationes. Prima sumitur ex termino quod exigit relatio realis fundata super actum intelligendi, ut est quaedam res. Et est talis: In illo debet
 20 fundari relatio rationis quae est rei intellectae ad intelligentem ad quod per se refertur intelligens realiter per relationem realem fundatam in

1 dicat] WV dicit A | reale] WAV in rerum natura *add.* A 1–2 praemitto ... scilicet] WV ubi sciendum A 3 vel] AV *om.* W 4 ipsa] WV *om.* A 6 fundetur] WV possit fundari A 7 hoc] WV sed A 7–8 autem ... super actum intelligendi] WV *om.* A 9 superius positam] W suprapositam A prius positam V 10 quae] WV scilicet que A | dupliciter ... modo] WV potest accipi vel A 12 prout accipitur] WV potest accipi A 13 quandoque] WV *om.* A 14 quod ipse] WV ut A 15 et] W *om.* A etiam V | etiam] WV et A | quod] WAV sic *add.* A 16 sed] WV *om.* A 17 istud autem] WV sed istud A | mihi] WV *om.* A 17–18 stare ... rationes] WV esse propter duo A 18 prima ... termino] WV primo ex extremo A 19–20 et ... rationis] W et hoc sic in illo debet fundari relatio rationis A *om.* V 20 ad intelligentem] WA^c V *om.* A 21 per relationem realem fundatam] WV relatione reali fundata A

30 Cf. § 15 sqq.

actu intelligendi sive per ipsum actum intelligendi. Sed intelligens non refertur realiter per actum intelligendi vel per relationem fundatam in eo ad ipsummet actum intelligendi et ut accipitur vice rei intellectae, prout illi de praedicta opinione accipiunt. Ergo relatio rationis secundum quam dicitur res intellecta referri secundum rationem ad intelligentem, non fundatur in actu intelligendi etiam prout accipitur vice rei intellectae modo praedicto. Maior patet secundum rationem. Minorem probo dupliciter quia: Eiusdem secundum rem ad seipsum non est relatio realis. Sed actus intelligendi, qualitercumque acceptus, est una res per essentiam cum seipso. Ergo impossibile est quod intelligens per actum intelligendi referatur relatione reali ad actum intelligendi qualitercumque accipitur, sive scilicet accipitur secundum se sive vice rei intellectae. Secundo sic quia: Intelligens per actum intelligendi refertur realiter ad obiectum quod intelligitur, quia ad illud quod intelligitur directe et per seipsum intelligens. Sed actus intelligendi, nec absolute nec ut vice rei intellectae acceptus, est obiectum quod intelligitur, quia nullus actus intelligendi qualitercumque acceptus potest esse suum per se et primo obiectum. Ergo *etc.*

70 Secunda ratio principaliter sumitur ex distinctione quae est inter esse rei et esse rationis quia: Illud quod convenit | alicui secundum esse reale, convenit ei ex natura rei et non secundum rationem tantum, et hoc patet quia esse secundum rationem distinguitur contra esse secundum

1 sive ... intelligendi] WV om. A 1-7 sed ... patet] WV quia sicut relatio eius quod refertur debet esse in eo ad quod per se refertur ita quod si sit relatio realis sit in eo secundum rem si rationis sit in eo secundum rationem. sed intelligens non refertur realiter per relationem fundatam in actu intelligendi ad ipsummet actum etiam ut accipitur vice rei intellectae. ergo super eum, etiam ut sic acceptum, non fundatur relatio rationis secundum quam res intellecta dicitur referri ad intelligentem relatione A quia sicut relatio eius est quod refertur debet esse in eo quod refertur ita opponitur relatio debet esse in eo ad quod per se refertur ita quod si sit relatio realis sit in eo secundum rem, si sit relatio rationis sit in eo tantum *add.* V 5 dicitur ... referri] W refertur res intellecta V 7-8 minorem probo] WV probatur minor dicitur A 8 eiusdem] WAV et idem *add.* WV 10 impossibile est quod] WV om. A 11 referatur ... intelligendi] WV om. A 12 accipitur¹] WV acceptum, non refertur ad ipsum actum intelligendi relatione reali A 12-13 sive¹ ... intellectae] WV om. A 13 sic] WV om. A | quia] WA^cV om. A 14-15 quia intelligens] W et hoc per se et directe A refertur V 15 ut] WV om. A 16 obiectum] WV illud A | nullus] WV ipse A 17 intelligendi qualitercumque acceptus] WV non A | primo] WV om. A 19 secunda ratio] WV secundo A | sumitur] WV sic A | quae est inter] WV om. A 20 esse¹] WV om. A | quia: illud] WV om. A | esse reale] WA rem realem V 21-22 et hoc patet] WV om. A 22 quia] WAV hec duo esse distinguuntur ex opposito *add.* A 22-193.1 esse¹ ... rem] WV om. A

rem. Sed illa relatio fundata super actum intelligendi ut accipitur vice rei intellectae, est secundum eos relatio realis, licet habeat diminutam entitatem secundum eos. Ergo non debet dici ens secundum rationem tantum. Et sic relatio qua refertur res intellecta ad intellectum est relatio
 5 non tantum secundum rationem. Quod falsum est. Ergo *etc.*

71 Nec potest dici quod illa relatio quae ponitur sic fundari super actum intelligendi ut accipitur vice rei intellectae, dicatur ens secundum rationem, quia scilicet, licet sit ens reale secundum se, non tamen est realiter illud vice cuius accipitur, sicut ipsi | dicunt de actu intelligendi qui
 10 secundum se dicitur esse realiter actus quidam, sed secundum rationem dicitur esse res intellecta; quia si ponatur aliqua relatio realis, licet habens esse secundum quid et diminute, alia a relatione reali quae fundatur super actum intelligendi ad ipsam rem intellectam fundari in ipso actu intelligendi ut accipitur vice rei intellectae, illa relatio non accipitur
 15 vice alicuius alterius a se, sicut accipitur ipse actus intelligendi; quia non accipitur nisi pro illo esse relativo fundato super actum intelligendi sic | acceptum; quod quidem esse relativum est ipsa. Ipsa enim non
 accipitur pro ipsa re intellecta, sed eius fundamentum, scilicet ipse actus intelligendi in quo fundatur, accipitur pro ipsa re intellecta, nec etiam
 20 pro aliqua relatione reali fundata in re intellecta, quia nulla talis relatio ponitur.

72 Secundo modo potest intelligi quod relatio qua secundum rationem res intellecta refertur ad ipsum intelligens, fundetur super actum intelligendi; non sic quod sit alia relatio a relatione reali qua refertur intelligens
 25 ad rem intellectam realiter, immo eadem relatio quae est relatio intelligentis illa eadem est relatio rei intellectae. Sed secundum rem est relatio

1 illa] WV om. A | ut accipitur] WV acceptum A 2 eos] WA ens V | relatio] WV om. A 3 entitatem] WV entitate A | secundum eos] WA om. V | secundum²] WA per V 4-5 intellectum ... non] WV intelligentem non est A 5 ergo etc] WV om. A 6 illa] WV talis A 6-8 quae ... scilicet] W que ponitur sic fundari dicatur ens secundum rationem quia scilicet V om. A 9 accipitur] WAV scilicet res intellecta add. A | ipsi] WV om. A 10 sed] WV et ideo dicitur illa relatio A 11 dicitur] WV tantum sicut actus intelligendi dicitur secundum rationem A 13 ipsam] WV om. A | actu] WA^cV om. A 14 relatio] WA^cV ratio A 15 vice] WAV rei add. A | accipitur ipse] WV om. A 17 quidem] W quidam V om. A | ipsa enim] WV et ipsa A 18 ipsa] WV om. A | ipse] WV om. A 19 ipsa] WV om. A 19-20 nec ... intellecta] WV om. A nec pro aliqua omnia a relatione fundata in re intellecta A^c 20 talis relatio] W talis A relatio V 23 ipsum] WV om. A 24 sic] WV om. A 24-25 relatione ... relatio¹] WA om. V 25 immo] WAV esse add. A 25-26 relatio intelligentis] W relatio A om. V 26 illa ... relatio¹] WV et etiam A

intelligentis; et ideo intelligens refertur realiter per eam. Sed secundum rationem intelligendi est relatio rei intellectae inquantum res intellecta denominatur ab ea ut relata, sicut et denominatur ab actu esse intellecta qui quidem actus intelligendi est fundamentum ipsius.

73 Hoc etiam non videtur possibile propter quattuor rationes, quarum 5
prima sumitur ex termino ad quem est relatio. Et est talis quia: Si relatio
qua refertur res intellecta ad intelligentem, est ipsa relatio realis quae est
fundata super actum intelligendi, sequitur quod relatio intelligentis ad
rem intellectam non differt realiter a termino formali ad quem est. Sed
hoc est inconveniens. Ergo *etc.* 10

W 13^{va} 74 Huius | conditionalis primo probo consequentiam quia: Illud per
quod formaliter refertur aliquid ad extremum oppositum, est terminus
ad quem illud extremum oppositum refertur ad ipsum; sicut illud per
quod pater formaliter refertur ad filium, per illud idem formaliter est
terminus ad quem filius refertur ad patrem; pater enim in eo quod pater, 15
est terminus ad quem filius refertur in eo quod filius. Sed secundum
dictam positionem relatio qua formaliter refertur res intellecta ad intelli-
gentem, est relatio fundata super actum intelligendi; nec per consequens
differt re relatio qua refertur intelligens ad rem intellectam et qua refertur
res intellecta ad intelligentem. Ergo si relatio qua res intellecta refertur 20
ad intelligentem est ipsa relatio realis fundata super actum intelligendi,
sequitur quod formalis terminus ad quem est relatio realis intelligentis,
non differt re ab ipsa relatione reali ipsius intelligentis, quia formale in
termino ad quem fit relatio, est ipsa relatio alterius extremi, ut dictum
est. Et sic patet consequentia. 25

75 Probo consequens esse falsum et impossibile quia: Sicut de ratione
relationis est esse ad aliud formaliter, ita de ratione relationis realis est
esse ad aliud re formaliter. Ergo impossibile est quod relatio qua refertur

3-4 et ... intelligendi] WV denominatur intellecta ab actu intelligendi qui A 5 etiam]
WA^cV om. A | rationes quarum] WV om. A 6 prima] WAV ratio add. A | et est
talis] WV sic A 7 intelligentem] WV ipsum intellectem (!) A 9 realiter] WV
om. A 11 probo] WV probatur A | consequentiam] WV consequentia A | illud] per
illud WAV ad illud etc.] nota bene add. V^m 13 illud²] per illud WAV | per] WA^cV
om. A 14-15 per ... refertur] WV om. A per illud per quod formaliter refertur idem
formaliter est terminus ad quem filius refertur A^c 15 enim] WV vero A 19 re]
WV om. A | intelligens] WA res intellecta V 19-20 rem ... intelligentem] WA om. V
19 qua refertur²] W om. A 20-21 si ... intelligendi] WV om. A 22 intelligentis]
WV intellectis ad rem intellectam A 23 intelligentis] WV intellectis A 24-25 ut ...
consequentia] WV om. A 26 et impossibile] WV om. A 27 relationis realis] WV
realis formaliter A

realiter ad rem intellectam intelligens, non differat realiter a termino formali ad quem est. Et sic patet impossibilitas consequentis.

76 Secunda ratio sumitur ex natura oppositionis quia: Nullum extremum in relativis debet denominari ⟨a⟩ relatione sibi opposita; nullus enim
 5 denominatur dominus a servitute, nec pater ⟨a⟩ filiatione, nec aliis oppositis dicitur frigidum a calore, vel videns a caecitate. Sed res intellecta est extremum correlative oppositum ab ipsi intelligenti. Ergo res intellecta | *V 11^{ra}*
 non debet denominari relata a relatione reali ipsius intelligentis.

77 Tertia ratio sumitur ex differentia denominationis quae est ab extrinseco. Ad cuius evidentiam sciendum quod sunt quaedam denominationes ab extrinseco, sicut denominatur effectus a causa et e converso; sicut calor denominatur solaris a causa sua, et sol denominatur calefaciens a calore quem facit. Aliae sunt denominationes ab intrinseco, vocando intrinsecum omne quod inest rei alicui subiective, sicut dicitur aliquod
 15 album ab albedine sibi inhaerente. Et isto modo | denominat relatio; *A 9^{rb}*
 unde, licet relatio sit ad aliud, non tamen denominat illud aliud ad quod est, sed illud in quo est, sicut paternitas non denominat aliquod nisi illud in quo est paternitas. Ex hoc sic arguitur: Relatio non denominat nisi illud in quo est. Sed relatio intelligentis non est in re intellecta. Ergo | *W 13^{vb}*
 20 relatio intelligentis non denominabit rem intellectam, ita quod secundum eam dicatur relata.

78 Quarta ratio sumitur ex hoc quod isti non possunt salvare quod relatio rei intellectae ad intelligentem sit relatio rationis, quia aliud est relationem aliquam esse relationem rationis et esse relationem alicuius secundum rationem, quia quando dicitur aliqua relatio esse relatio rationis,
 25

2 et ... consequentis] *WV om. A* 4 a] *W^c om. WAV* 5 a¹] *W^cA om. WV* | a²] *W^c om. WAV* 5-6 nec aliis oppositis] *WV* sicut non *A* 6 a calore] *W^c calore WV* caliditate *A* | a] *W^c om. WAV* 7 ab] *A om. WV* | ipsi] *WV om. A* 8 a] *W^c om. WAV* 9 ratio] *WV om. A* nota bene has quattuor rationes *add. V^m* | quae est] *WV om. A* 9-10 extrinseco] *WAV* et ab intrinseco *add. A* 10 ad cuius evidentiam] *WV* ubi *A* | sunt] *WV om. A* 10-11 denominationes] *WV* est denominatio *A* 11 denominatur] *WV om. A* 12 denominatur²] *WV om. A* 13 a] *W^cV om. A* 14 omne] *WA* esse *V* | subiective] *WA* obiective *V* | dicitur aliquod] *W om. A* dicitur aliquid *V* 15 isto modo] *WV* sic *A* 16 unde] *WV* quae *A* | relatio] *WV om. A* 17 aliquod] *WV om. A* | illud²] *W* illum *A* aliquod *V* 18 paternitas] *WV om. A* | arguitur] *WV om. A* 19 intellecta] *WAV* subiective vel terminative *add. A* 20 relatio intelligentis] *WV om. A* | ita quod] *WV* ut *A* 21 relata] *WV* intellecta *A* 22 ratio] *WV om. A* | quod isti] *WV* quia aliter ex hoc quia aliter *A* | possunt salvare] *WV* potest salvari *A* 23 rei] *W^cV om. A* 24 relationem¹] *WV om. A* 25 aliqua relatio esse] *W* esse *A* relatio esse *V*

intelligitur quod illa relatio non habeat aliud esse quam secundum rationem; quando autem dicitur quod aliqua relatio quae est realis, est alicuius secundum rationem, non intelligitur quod relatio illa absolute non habeat esse nisi esse secundum rationem, sed quod non sit relatio illius relati nisi secundum rationem. Si ergo res intellecta refertur ad intelligentem per relationem realem fundatam super actum intelligendi, licet posset salvari quod illa relatio non esset realiter relatio rei intellectae, tamen non posset salvari quod illa relatio quae est relatio rei intellectae, esset tantum ens secundum rationem, vel quod esset tantum relatio rationis, quod videtur inconueniens, quia talis relatio communiter ponitur esse relatio rationis tantum. Et sic patet quod illa relatio rei intellectae ad actum intelligendi vel ad intelligentem non ponit aliquam rem in intellectu, nec etiam in re extra, quia omnes concedunt quod in re intellecta nihil reale ponitur ex hoc quod intelligitur. Et sic patet de secundo.

(Quod secunda intentio concretive dicta non dicit
formaliter loquendo aliquam rem existentem in rerum natura)

79 Quantum at tertium, scilicet quod secunda intentio concretive dicta non dicat formaliter loquendo aliquam entitatem realem in rerum natura existentem, sciendum quod, sicut supra dictum est, secunda intentio concretive dicta est secundum genus intelligibilium quod scilicet consequitur res prout sunt obiective in intellectu, sicut est hoc quod dico 'universale', 'probabile', 'genus' et consimilia.

80 Modo intendo ostendere quod talia non dicant formaliter loquendo aliquam entitatem realiter et subiective existentem in aliquo, si enim

1 illa relatio] WV om. A | aliud esse quam] WV esse nisi A 2 quod ... est¹] WV esse relatio rationis intelligitur quod A quod aliqua relatio que add. V 3-4 quod ... rationem] WV quando relatio alicuius secundum rationem non intelligitur quod absolute non habeat esse nisi secundum rationem quia potest esse relatio realis A 4 relatio] WV om. A 5 res] WAV^c om. V 7 salvari] WV dici A 8-9 quae ... intellectae] WV om. A 9-10 vel ... rationis] WV om. A 10 talis relatio] WV om. A 10-11 ponitur] WAV quod add. A 11 tantum] WV om. A | illa] WV om. A 12 actum ... ad] WV om. A | ponit] WAV^c poterit V | aliquam rem] WV aliquid A 13 quia ... quod] WV om. A 13-14 re intellecta] WV qua A 14 et ... secundo] WV secundum eos A 17 quantum ... scilicet] WV tertio dicendum A 18 dicat] WV dicit A | loquendo] WV om. A 19-20 sciendum ... dicta est] WV quia talis intentio accipitur A 20-21 scilicet consequitur] W consequitur A scilicet consequuntur V 21 est hoc quod dico] WV esse A 22 probabile, genus] WV om. A | et] WAV species et add. V 23 modo intendo ostendere] WV de quibus ostenditur modo A | talia non] WV non A | loquendo] WV om. A 24 realiter] WV realem A 24-197.1 si enim ... dicit] WV quia si dicerent A

secunda intentio sic dicta dicit aliquid positivum existens in aliquo subiective, aut hoc est in intellectu aut in re extra. Si in intellectu, aut dicit rem absolutam, aut relationem. Non re absoluta, quia hoc probatum est supra in prima quaestione de secunda intentione, et etiam in secunda³¹
 5 quae immediate praecedit istam. Nec potest etiam dicere relationem fundatam in intellectu mediante actu vel specie. Et hoc ostendo duplici ratione.

81 Prima sumitur ex parte relationis fundatae in intellectu mediante actu vel specie. Et est talis quia illa relatio aut est relatio qua refertur
 10 intelligens ad rem intellectam, aut e converso. Non potest esse relatio qua intelligens refertur ad rem intellectam, quia illa relatio est relatio realis, secundae autem intentiones | dicunt ens rationis divisum contra ens *V 11^{rb}*
 reale. Nec potest etiam | esse e converso, quod scilicet illa relatio sit qua *W 14^{ra}*
 15 est quod res intellecta non refertur ad intelligentem per relationem fundatam super aliquid existens in intellectu sicut in subiecto. Ergo intentio secunda concretive dicta non est aliqua relatio fundata in actu intelligendi vel specie intelligibili, vel in aliquo existente in intellectu sicut in subiecto.

20 82 Secunda sumitur ex parte secundae intentionis. Et est talis quod secunda intentio, puta universale, genus, species et consimilia, non dicunt habitudinem intelligentis ad rem intellectam, nec e converso. Sed omnis relatio fundata super actum intelligendi vel speciem intelligibilem est relatio qua refertur intelligens ad rem intellectam, vel e converso. Ergo
 25 *etc.*

2 aut hoc est] *WV* aut *A* hoc dicitur quia aut *A*^c 3 aut ... hoc] *WV* quod esse non potest *A* | probatum est] *WV* probatur *A* 5 quae] *WV* istam *A* | praecedit istam] *WV* precedente *A* | nec ... dicere] *WV* aut *A* 6 mediante] *WV* immediate *A* | specie] *WV* in specie *A* 6–7 et ... ratione] *WV* sed hoc non potest quod probatur dupliciter *A* 8 prima sumitur] *WV* primo *A* 9 et est talis] *WV om. A* | aut] *WV* autem *A* 9–10 qua refertur intelligens] *WV* intelligentis *A* 10–11 non ... intellectam] *WV* primo modo non potest esse *A* 11 relatio²] *WV om. A* 12 ens¹] *WV* esse *A* | ens²] *WV* esse *A* 13 reale] *WA^cV* realis *A* | potest etiam esse] *WV om. A* 13–14 quod ... intelligentem] *WV om. A* 14 modo] *WV om. A* 17 dicta] *WV om. A* | aliqua] *WV om. A* 18 intelligibili] *WV om. A* 20 secunda sumitur] *WV* secundo *A. ad* secunda *etc.*] secunda *add. V^m* | et ... quod] *W* sic quia *A* et est talis quia *V* 21 secunda ... consimilia] *WV* secunde intentiones *A* 23 fundata ... intelligibilem] *W* fundata super actum intelligendi vel speciem *A om. V*

31 Cf. *Dist.* II, §§ 13, 48.

83 Maior faciliter patet quantum ad omnes secundas intentiones, excepta ipsa intentionalitate quae etiam est quaedam secunda intentio modo quo infra manifestabitur. Nam ‘universale’, ‘genus’, ‘species’ et consimilia dicunt habitudinem ad ea de quibus praedicantur. Constat autem quod illa de quibus talia praedicantur non sunt actus intelligendi vel species intelligibilis nisi quando ipse actus intelligendi est illud quod intelligitur. Ergo *etc.* 5

84 Minor etiam quantum ad propositum pertinet faciliter patet quia: Omnis relatio fundata super actum intelligendi vel speciem intelligibilem, vel est relatio repraesentantis ad repraesentatum, vel est relatio effectus ad causam. Relatio autem repraesentantis ad repraesentatum est *A 9^{va}* relatio intelligentis ad rem intellectam; repraesentatio | etiam actus intelligendi ut est effectus, est ad rem intellectam; si ponatur quod obiectum moveat sive non, illa relatio actus intelligendi ut est effectus, nihil facit ad propositum, quia illa est relatio realis. Illa autem de quibus quaerimus, scilicet secundae intentiones, dicunt ens rationis tantum. Et ideo nulla relatio quae pertineat ad secundas intentiones, potest fundari in intellectu, nisi sit illa quae est intelligentis ad rem intellectam vel econverso. Et sic quantum facit ad propositum patet minor. 15

85 Non potest etiam dici quod secunda intentio dicat aliquam entitatem realem in rerum natura existentem, propter duo. Primo quia si universalitas et abstractio et consimilia convenirent rebus secundum suum esse reale extra animam, sequeretur quod essent universalia separata in in re, sicut posuit Plato. Hoc autem est falsum et a Philosopho reprobatur.³² 20

1 faciliter] WV om. A 2 ipsa] WV om. A | intentionalitate] WAV de qua post dicitur add. A 2–3 secunda ... manifestabitur] WV intentio A 3 nam ... species] WV sed accidens predicatum genus A 4 constat autem quod] WV om. A 5 illa ... praedicantur] WV ut constat A 6 intelligibilis] WV om. A | ipse actus intelligendi] WV om. A 7 ergo etc] WV om. A 8 quantum ... faciliter] WV om. A 10 relatio?] WV om. A 11 repraesentantis ad repraesentatum] WV prima A 12 relatio] WV om. A | repraesentatio] WV relatio A 13 ponatur] AV ponitur W 14 sive] WV sive autem obiectum moveat sive A 15 relatio] WV om. A 15–16 illa autem de quibus querimus scilicet] WV sed A 16 intentiones] WAV de quibus hic loquimur add. A 17 quae pertineat] WV pertinens A 18 sit] WV om. A | intelligentis] WV intellectus A 19 et ... minor] WV om. A 20 non potest etiam] WV nec potest A 21–22 si universalitas] WV om. A 22 consimilia] WV huiusmodi A 23 extra ... quod] WV et A 23–199.1 in¹ ... etc] WV realiter quod reprobat philosophus A

32 Cf. Aristotle, *Metaph.* VII, 101038b1–1039b19 (ed. G. Vuillemin-Diem, *Aristoteles Latinus* xxv 2, 147–150).

Ergo *etc.* Secundo quia nullus ponit quod in re intellecta quantum ad esse quod habet extra animam ponatur aliquid reale ex hoc quod intelligitur; alioquin quando aliquis intelligit Deum de novo, aliquid reale existens in ipso sicut in subiecto acquireretur ei de novo, quod est | falsum. Et sic W 14^{rb}
 5 patet de tertio, scilicet quod secundae intentiones, sive accipiantur pro ipsa intentionalitate sive pro illis quibus attribuitur ipsa intentionalitas, non dicunt aliquam entitatem realem subiective in aliquo existentem, et hoc quantum ad suum formale significatum.

⟨*Quomodo intentio differat ab omnino nihilo*⟩

10 86 Quantum ad quantum quomodo praedictae scilicet secundae intentiones differant ab omnino nihilo, supposito quod formaliter loquendo non dicant aliquam entitatem realem in aliquo subiective existentem, sciendum quod inter praedicta et omnino nihil potest inveniri differentia et ex parte rei intellectae et ex parte intellectus.

15 87 Et primo videndum est quomodo inveniatur ex parte rei intellectae. Ad cuius evidentiam sciendum quod cum ita sit quod secundae intentiones dicant habitudines quasdam quae, ut dictum est, consequuntur res prout sunt obiective in intellectu, talis habitudo vel est rei ad intellectum (prout hoc quod dico 'intentio' dicit habitudinem unius rei intellectae ad
 20 habitudinem rei prout est terminus | actus, ut supra dictum est), vel est V 11^{va}
 habitudo rei intellectae ad rem intellectam (sicut hoc quod dico 'genus', 'species' et 'praedicatum' et 'subiectum' et consimilia). Si primo modo,

1 *ad secundo etc.*] de hoc tractat secundo de verbo questio 3 *add.* V^m 1–2 nullus ... intelligitur] WV ex hoc quod res extra intelligitur nihil reale in ea ponitur A 3 aliquis] aliquid WAV | intelligit] WV intelligit A 3–4 existens ... ipso] WV acquireretur in ipso deo A 4–8 et ... significatum] WV *om.* A et sic patet de tertio scilicet quod secunde intentiones sive accipiantur pro ipsa intentionalitate non dicit aliquam entitatem realem subiective in aliquo existentem et hoc quantum ad suum formale significatum V 6 sive ... intentionalitas] W *om.* V 7 dicunt] dicit WV 10 *ad quantum etc.*] quantum [autem *add.* V^m] ad quantum W^mV^m nota quomodo differt secunda intentio ab omnino nihil *add.* W^m quantum ad quantum] WV quarto A | scilicet secundae] WV *om.* A 11–12 supposito ... existentem] WV *om.* A 14 et ... intellectae] WA^cV *om.* A | intellectus] AV ipsius intellectus W 15–16 et ... sciendum] WV circa primum sciendum A. *ad et etc.*] attende diligenter ad ea que sequitur *add.* V^m 16 ita sit quod] WV *om.* A 17 dicant] WV dicunt A | quae ... consequuntur] WV consequentes A 18 prout] WV ut A 19 unius ... ad] A *om.* WV 20 habitudinem ... vel est] WA^cV *om.* A | ut ... est²] WV *om.* A 21 habitudo rei intellectae] WV *om.* A | hoc quod dico] WV *om.* A 22 praedicatum ... consimilia] WV et huiusmodi A

sic patet quod illud ens rationis quod hoc quod dico 'intentio' nominat, supponit aliquod ens reale quantum ad illud quod primo intelligitur. Nam primum quod terminat actum intelligendi, oportet quod sit ens reale; non-ens enim non potest intelligi nisi praeintelligatur ens, sicut nec privatio intelligitur nisi praeintelligatur habitus. Esse ergo terminum
5 ad quem terminatur actus intelligendi, licet formaliter nullam entitatem ponat in re intellecta, saltem quantum ad primam intellectam supponit entitatem realem rei intellectae, omnino autem nihil nec formaliter aliquid ponit nec aliquid supponit.

88 Quantum autem ad alia intellecta quae privationem vel etiam puram
negationem important (sicut hoc quod dico 'non-ens'), licet non ponant formaliter aliquam entitatem nec supponant praecipue quantum ad absolutam negationem et hoc ex parte rei intellectae, ex parte tamen intellectus supponunt aliquam entitatem, sicut iam dicitur.³³ Si autem loquamur de intentionibus quae dicunt intellectae habitudinem rei ad rem
15 intellectam (sicut hoc quod dico 'genus' et 'species', 'praedicatum' et 'subiectum' et consimilia), quantum ad aliqua idem est de eis sicut de praemissis, quae scilicet dicunt habitudinem rei intellectae ad intellectum, quia in eis quibus conveniunt primo, supponunt aliquam entitatem, puta primum praedicatum vel primum subiectum. Nam propositiones
20 primo intellectae oportet quod formentur de entibus realibus; propositiones autem | secundarie possunt formari de non-ente (ut dicendo 'nihil est nihil' vel 'chimaera est chimaera'), et tunc nec ponunt formaliter aliquam entitatem, nec etiam supponunt ex parte rei intellectae, sed supponant entitatem quae est ex parte intellectus modo quo iam dicitur.
25

W 14^{va}

1 patet quod] WV om. A | quod²] WAV cum lacuna V | hoc quod dico] WA om. V
1-2 nominat] WA nominatur V 2 ens reale] W esse reale AV 3 quod terminat]
WV terminans A | quod sit] WV esse A 4 non-ens nisi praeintelligatur] W om. A
non ens nisi prius intelligatur A^c non ens ut preintelligatur V 5 intelligitur] WV om.
A | habitus] WV ens sicut nec privatio nisi intellecto habitu A 7-8 saltem ... intellectae]
WV tamen supponit entitatem realem saltem quantum ad primam intellectam
A 8-9 aliquid ... supponit] WV dicat aliquam entitatem formaliter nec A^c aliquid
presupponit A 10 autem] WA^cV om. A | etiam puram] WV om. A 11 sicut ...
dico] WV ut A 14 sicut] WV ut A 14-15 si autem loquamur] W sed loquendo
A si autem loquimur V 15 de] WAV secundis add. A | dicunt] WAV unius add. A
15-16 rem ... dico] WV aliam ut A 16-17 species ... consimilia] WV et huiusmodi
A 17 sicut] WV et A 18-19 quae ... intellectum] WV om. A 19 quia] WAV
scilicet add. A 20 vel] WV et A 22 dicendo] WV om. A 23 vel] WV om. A | est
chimaera] WA^cV om. A 24 etiam] WV om. A 24-25 sed ... dicitur] WV entitatem
sed solum ex parte intellectus A

33 Cf. §91 sqq.

89 Alia autem sunt quae etiam non ponant formaliter aliquam entitatem in re intellecta, tamen entitatem realem supponunt sicut sunt omnia quinque praedicabilia. Esse enim genus et esse speciem, licet nullam entitatem ponant formaliter in eo de quo dicuntur, tamen supponunt
 5 entitatem realem in eis de quibus dicuntur. Nam esse species alicuius generis non convenit aliquibus nisi dicant diversas formas sive diversas entitates formaliter differentes. Nec similiter esse genus convenit alicui nisi et quod dicit aliquam entitatem talibus diversis formaliter convenientem. Unde si in privationibus accipiatur genus et species, hoc non est
 10 proprie sed secundum similitudinem sive secundum attributionem ad positiva, inquantum privationes, puta insensibilitas et surditas et caecitas, se habent ad modum habituum, scilicet sensus, visus et auditus. Unde proprie insensibilitas non est genus ad surditatem et caecitatem, quia in talibus proprie non est genus nec species. Et quantum ad hoc simile est de
 15 differentia proprio et accidente, de quorum quolibet | postea³⁴ quaeretur A 9^{vb} in speciali quomodo conveniat eis ratio intentionis secundae.

90 Ex parte etiam ipsius intellectus potest poni differentia inter praedicta et omnino nihil, non quidem quod talia dicant aliquam entitatem formaliter loquendo quae sit in intellectu sicut in subiecto, sed quia talia non
 20 conveniunt enti vel etiam non-enti nisi praesupposito actu intelligendi quo talia repraesentantur | et quo talia sic vel sic, puta universaliter vel V 11^{vb} particulariter repraesentantur.

91 Ad cuius evidentiam sciendum quod ad hoc quod aliquid dicatur recedere ab omnino nihilo, non oportet quod formaliter loquendo
 25 dicat aliquam entitatem, sed sufficit quod supponat, ita quod illud non

1 etiam] WV etiamsi A | ponant] AV ponantur W | aliquam] WV om. A 2 sunt] WV om. A 3 esse¹] WV tunc A | esse speciem] WV species A 3-4 nullam entitatem ponant] WV non dicunt A 4 formaliter] WAV entitatem aliquam add. A 4-5 in ... entitatem] WA^cV om. A 4 dicuntur] WV predicantur A^c 6 formas sive diversas] WV om. A 7 similiter] WV om. A 8 et] WV ei A | diversis] WV differentibus A 9 et] V om. WA 10 sive secundum] WV vel A 11 puta insensibilitas] WV ut cecitas A 11-12 et caecitas] WV om. A 12 habent] WAV cum lacuna V | sensus ... auditus] W visus et auditus A sensus visus auditus V 13 et caecitatem] WA om. V 14 talibus] WV istis A | nec] WV vel A 14-15 et ... accidente] WV simile est quantum ad hoc de proprio et de accidente A 15 quolibet] WV quodlibet A 16 conveniat] WV convenit A 18 non quidem] W non A non cum lacuna V 19 loquendo] WV om. A | sicut] V sive W ut A | talia] WV om. A 21-22 quo² ... particulariter] WV et sic vel aliter A 23 ad cuius evidentiam] WV ubi A nota diligenter que sequitur add. V^m 23-24 dicatur recedere] WV recedat A 24 loquendo] WV om. A 25 illud] WV om. A

34 Cf. Dist. II, § 117.

possit convenire alicui nisi quadamque entitate reali supposita. Et hoc patet tam in positivis quam in privativis. In positivis quidem, ut cum dicimus quod aliquid est ens in potentia tantum, non sic est intelligendum quod illud quod dicitur esse in potentia tantum sit in sua entitate actuali in rerum natura et quod sit in ipsa potentia iam ipsam informans; sed ex hoc ipso quod potentia qua aliqua forma est possibilis, dicitur etiam ipsa forma quae non est actu in rerum natura, esse in potentia sive possibilis, ita quod esse sic in potentia nihil aliud est quam potentiam quandam esse in rerum natura secundum quam illud dicitur 'possibile'. Nec verificaretur | de tali, quod esset possibile nisi esset potentia illa in rerum natura. Et similiter etiam non conveniret alicui esse intellectum obiective loquendo vel esse abstractum nisi esset aliquis actus intelligendi in rerum natura cuius obiectum diceretur terminare actum intelligendi vel esse sic abstractum.

92 In privativis invenitur aliquid recedere ab omnino nihilo ex hoc quod saltem materialiter supponat aliquid, sicut dicitur quod caecum non est nihil, quia supponit subiectum. Et similiter secundae intentiones, quae dicuntur entia rationis, supponunt aliquam entitatem realem; vel ex parte intellectus tantum (ut quando non-ens intelligitur, ipsum non-ens esse intentionem primam vel obiectum intellectus supponit actum intelligendi qui est res); unde ex parte rei intellectae simul et intellectus, sicut genus, species (quae non conveniunt nisi rebus), et sicut praedicatum intellectum et praedicatum subiectum vel praedicatum, quia primum quod natum est occurrere intellectui sive simplici sive complexo, oportet esse rem aliquam veram.

93 Sed tunc videtur sequi quaedam difficultas, scilicet quod omnino nihil non possit intelligi. Si enim omne quod intelligitur, ex hoc ipso

1 quadamque] WV quadam A | supposita] WV presupposita A 2-3 dicimus] WV dico A 3-4 sic ... quod¹] WA^cV om. A 4 illud ... tantum] WV tale A 5 iam ipsam informans] WV ipsam informando A 6 ipso] WV om. A | qua] WA^cV que A | est] WV dicitur A | possibilis] WAV et in rerum natura add. A 7 rerum] WV om. A | sive] WV vel A 11 etiam] WV om. A | esse] WV quod esset A 12 loquendo] WV om. A | esse] WV om. A | aliquis] A aliquid WV 13 intelligendi] WV om. A 15 privativis] WAV autem add. A 16 saltem] WAV videtur add. A | supponat] W supponere A supponit V | dicitur quod] WV om. A 17 est] WAV pure add. A 17-18 subiectum ... supponunt] WA^cV om. A 17 similiter] WV sic A^c 18 dicuntur] WV dicunt A^c 19 ipsum] WV inquantum A 20 obiectum] WA esse obiectum V 21 res] WAV vera add..A | unde] WV vel A | intellectus] WV actus intelligendi A 22 genus] WAV et add. A | praedicatum] WV primum A 23 et praedicatum] WV vel primum A | vel praedicatum] WV et primum praedicatum A 26 tunc] WV om. A | sequi quaedam] WV om. A

quod intelligitur habet esse rationis, iam recedit ab omnino nihilo. Et sic nihil ex hoc ipso quod intelligitur iam recedit ab omnino nihilo, et per consequens videtur sequi quod omnino nihil non possit intelligi. Quantum ad hoc dico quod nihil omnino potest intelligi quantum ad hoc
 5 quod obiectum quod intelligitur quandoque ab aliquo, sit ipsum nihil.

94 Ad illud quod obicitur dicendum quod 'aliquid intelligi sine alio' dupliciter potest accipi. Uno modo ut dicatur intelligi sine eo cointellecto, sicut homo in eo quod homo non potest intelligi non intellecto animali, potest tamen intelligi sine colore, quia non cointellecto colore
 10 potest homo intelligi. Et isto modo omnino nihil potest intelligi sine aliquo esse cointellecto, sicut quando aliquis format conceptionem de hoc quod dico 'nihil', ipse intelligit ipsum nihil sive ipsam non-entitatem, ita quod in suo formali obiecto non includitur aliqua entitas positive, sed negative tantum.

95 Alio modo potest dici aliquid intelligi sine alio, non quidem cointellecto, sed coexistente. Et isto modo omnino nihil non potest intelligi sine alio esse, quia impossibile est quod nihil intelligatur et non sit actus intelligendi, sicut etiam impossibile est quod aliquid intelligatur et non sit intellectus, licet aliquid possit intelligi non intellecto intellectu vel actu
 20 intelligendi. Sed | adhuc contra posset obici, quia quando omnino nihil intelligitur, quaero utrum illud quod intelligitur dum intelligitur, habet aliquod esse aut non habet aliquod esse. Si habet aliquod esse, sequitur quod illud quod intelligitur non est omnino nihil, quia quod habet aliquod esse non est omnino nihil.

V 12^{ra}

1 quod intelligitur] WV om. A 2-3 nihil ... sequi] W videtur A per consequens videtur sequi V 4 quantum ... dico] W ad quod dicendum A quantum et ad hoc dico V 5 quandoque] WA quando V 7 accipi] WV intelligi A | ut dicatur intelligi] WV quod intelligatur A 8 in ... homo] WV om. A | intellecto] WV cointellecto A 9 animali] A rationali WV 9-10 sine ... intelligi!] WV non cointellecto colore A 10-11 sine aliquo esse] V alio non A sine aliquo esse non W 11 aliquis] A aliquid WV | conceptionem] WV conceptum A 11-12 hoc quod dico] WV omnino A 12 ipse] WV om. A 16 coexistente] WV existente intellectu (!) A | isto] WV hoc A 17 sine alio] WV om. A 18-19 sicut ... non sit intellectus] WV 18 aliquid] V aliquid W 19-20 intellecto intelligendi] WV cointellecto non est omnino nihil actu intelligendi vel ipso intellectu A 20-24 sed ... esse non est omnino nihil] V sed ad hoc contra licet posset sic obici quia quando omnino nihil intelligitur quero utrum illud quod intelligitur dum intelligitur habet aliquod esse aut non habet aliquod esse sequitur quod illud quod intelligitur non est omnino nihil quia quod habet aliquod esse non est omnino nihil W intellectu A

W 15^{ra} 96 Si autem dicatur: Quod | non habet aliquod esse, sequitur illud quod
intelligitur non habet esse rationis, etiam dum intelligitur; quod est con-
tra praemissa, quia ex hoc ipso quod aliquid est terminus ad quem ut ad
obiectum terminatur actus intelligendi, habet saltem esse rationis, quan-
tum ad hoc dicendum quod, quando aliquid negatur de eo quod intel-
ligitur, negatio potest fieri ad ipsum vel in ordine ad actum intelligendi,
vel simpliciter. Verbi gratia: Si aliquis intelligat hominem qui est albus,
non intellecta eius albedine, dupliciter potest negari albedo de eo, scilicet
vel in ordine ad intellectum, ut scilicet detur intelligi quod albedo non
A 10^{ra} cadat | cum homine in apprehensione; et sic vere potest negari albedo de
homine qui intelligitur, ut quando dicitur quod ‘iste “homo” non intelli-
git “hominem album”’, idest non intelligit hominem cum albedine. Alio
modo potest negari de eo albedo, non quidem in ordine ad intellectum,
sed absolute, ut si diceretur quod homo qui intelligitur non est albus.
Et sic esset falsum, quia licet homo non intelligatur cum sua albedine,
tamen homo qui intelligitur secundum rem habet albedinem.

97 Similiter quando omnino nihil intelligitur, quando quaeritur utrum
illud quod intelligitur habet aliquod esse vel non, si quaeratur in ordine
ad actum intelligendi, dicendum quod non, quia: Quando aliquis intel-
ligit omnino nihil, cum hoc quod est omnino nihil nullum esse cadit in
apprehensione ita quod apprehendatur cum eo, quia licet ita sit quod,
quando omnino nihil apprehenditur, verum sit dicere quod ipsi omnino
nihilomodo convenit intelligi cum hoc ipso quod est omnino nihil intelligi,
non cadit sub apprehensione cum ‘omnino nihilo’. Non enim oportet
quod qui intelligit non-entitatem, intelligat se intelligere istam non-
entitatem, vel illam non-entitatem a se intelligi.

1 autem dicatur] WV dicas A | sequitur] WV ergo A | illud] WV om. A 2 etiam
dum intelligitur] WV om. A 3 ipso] WV om. A | ut ad] WV et A 4 terminatur
actus] WV terminans actum A 4-5 quantum ad] W ad A et ad V 7 aliquis] W
quis A aliquid V | albus] AV album W 8 albedo] WV aliquid A | scilicet] WV om.
A 9 ut ... intelligi] WV intelligendo A 10 cadat] A cadit WV | apprehensione]
WAV simul add. A 11 ut ... homo] WV dicendo hic A 12 idest] WV quia A
| hominem] WV eum A 13-14 non ... sed] WV om. A 14 diceretur] WV dicatur
A | qui] A quod WV 15 non] WA om. V 16 homo qui intelligitur] WV om. A
| habet] WAV homo add. A 17 omnino nihil intelligitur] WA om. V | quando²] W et
A om. V 18 habet] WV habeat A | vel non] WV dicendum quod A | quaeratur] WV
queritur A 19 dicendum] WV om. A 19-20 quando aliquis intelligit] Vat. Lat. 4584
quando aliquid intelligitur W cum intelligitur A quando aliquid intelligit V 20 cum
... nihil] WV om. A 21-22 ita² ... quando] WV verum sit A 22-23 verum ... nihil
intelligi] WV tamen hoc quod est omnino nihil intelligi vel apprehendi A 25 qui]
WA^cV om. A 26 vel ... intelligi] WV om. A

98 Si autem quaeratur absolute utrum, quando intelligitur omnino nihil, illud quod intelligitur habeat aliquod esse sibi conveniens ex hoc quod intelligitur, dicendum quod sic, scilicet esse rationis. Et quando dicitur quod sequitur quod tunc illud quod intelligitur non est omnino nihil
 5 excludens omne esse, dicendum quod immo, quantum ad illud quod cadit sub apprehensione, quia ipsum esse rationis non cadit sub ipsa apprehensione cum nihilo, ut dictum est, ita quod sicut quando intelligitur homo albus non intellecta albedine sua, verum est dicere quod homo qui intelligitur est albus (quia absolute sibi convenit albedo), et verum
 10 est dicere quod tunc non homo albus intelligitur coniunctim accipiendo, quia non intelligitur homo cum sua albedine. Ita etiam quando quis apprehendit ipsum nihil, verum est dicere quod illud quod intelligitur dum intelligitur habet aliquod esse rationis, inquantum omni quod intelligitur ex hoc ipso convenit esse rationis, et verum est dicere quod ipsum
 15 nihil sine aliquo esse intelligitur accipiendo coniunctim, quia ipsum nihil sine aliquo (esse) | cadit sub apprehensione, quia illud esse rationis quod sibi tunc convenit non cadit cum ipso sub apprehensione. W 15^{rb}

Et sic patet de quarto. Ex praemissis faciliter potest responderi ad rationes in oppositum.

20

⟨*Ad rationes in oppositum*⟩

99 Ad primum ergo³⁵ dicendum quod esse rationis sive ipsa secunda intentio nec est ens formaliter ponens | aliquam naturam vel existentem V 12^{rb}
 in rerum natura, nec est omnino nihil, excludens omne esse, sicut est

1 si] WAV sed si A | autem quaeratur] WV queritur A 4 tunc] WV om. A 6 ipsa] WV om. A 7 ut dictum est] WV om. A | sicut quando] W sicut A sic vel sit quando V 8 albedine sua] WV eius albedine A | verum] WV et verum A 8-9 homo² ... albus] WV intelligitur albus est A 10 coniunctim accipiendo] WV coniunctum A 11 homo] WV om. A | etiam] WV om. A | quis] A aliquid WV 13 dum ... rationis] WA om. V 13-14 inquantum ... esse] W quod sibi convenit ex hoc quod intelligitur esse ens A ex hoc ipso convenit esse V 15-18 ipsum ... quarto] WV esse rationis quod sibi tunc convenit non cadit cum ipso sub apprehensione sic ad quartum patet A 16 esse¹] om. WV 18-19 ex ... oppositum] W om. AV 21 ad primum ergo] W ad primum in oppositum A ex praemissis faciliter potest responderi in oppositum ad primum ergo V ad ad etc.] ad quartum add. V^m | sive ipsa] WV vel A 22 nec] WV non A 22-23 vel ... natura] WV extra A 23 esse] WV om. A

35 Cf. § 59.

pura negatio nihil ponens vel supponens, sed est ens secundum quid, modo quo iam exponetur in solutione sequentis argumenti.

100 Ad secundum³⁶ dicendum quod esse rationis dicitur esse secundum quid. Sed esse secundum quid dupliciter potest intelligi. Uno modo pro eo quod dicitur formaliter aliquam entitatem in rerum natura existentem, 5 diminutive tamen, sicut materia dicitur ens secundum quid et similiter accidens dicitur ens secundum quid respectu substantiae. Et isto modo ens rationis sive secunda intentio non dicuntur ens secundum quid.

101 Alio modo dicitur ens secundum quid quasi recedens a pura negatione, illud etiam quod, si formaliter non dicat entitatem existentem in 10 rerum natura, tamen eam supponit, ita quod non potest verificari de aliquo nisi illa entitate praesupposita; sicut 'possibile', licet non dicat ipsam potentiam in recto (quia proprie loquendo ipsum possibile non est ipsa potentia), sed illud ad quod potentia habet ordinem, ita quod non verificaretur de eo 'esse possibile', nisi supposita potentia in rerum natura. Et 15 isto modo ens rationis et secunda intentio dicuntur esse secundum quid, nisi quod in hoc differunt quod, licet illud quod est possibile quamdiu tantum est possibile, non ponit entitatem formaliter existentem actu in rerum natura, entitas tamen illa quam dicit, quandoque est in rerum natura in esse suo quod ponit ita quod tunc non solum habet esse ex 20 alia entitate supposita; sed etiam quantum ad suam entitatem formalem positam. Sed ens rationis non dicitur formaliter aliquam entitatem quae quandoque formaliter sit in rerum natura, sed solum supponit, nec habet esse recedens a nihilo ab entitate quam formaliter dicat, sed tantum

2 modo quo] WV ut A | exponetur ... argumenti] WV dicitur A 4 sed ... quid] WV om. A quod A^c | intelligi] WV accipi A 5-6 rerum ... tamen] V rerum natura existentem diminutive tamen W natura licet diminutam A 6 dicitur] WV et accidens dicuntur A | ad ens etc.] nota quomodo secundum quid [...] add. V^m 6-7 et ... dicitur] WV om. A 7 substantiae] WAV et entis perfecti A | isto modo] WV sic A 8 sive] WV vel A 9 dicitur ens] W potest dici ens A dicitur V 10 etiam] WV scilicet A | si] W etsi A et V 10-11 existentem ... natura] WV in natura A 11 ita] WV sic A 13 quia] WV quod A | ipsum] WV om. A 14 sed] WAV est add. A 15 supposita] WA presupposita V 16 isto modo] WV sic A | rationis] WAV vel esse rationis add. WV 17 nisi quod] WV sed A | quod²] WV quia A | illud] WV om. A 18 ponit] WV ponat aliquam A | actu] WV om. A 20 solum ... esse] WV habet esse tantum A 22 positam] WV positivam A 22-23 aliquam ... natura] WV om. A 23 nec] A non WV 24 ab entitate] WV per entitatem A 24-207.1 formaliter ... quam] WA om. V

36 Cf. § 60.

ab entitate quam supponit, sicut ex parte rei intellectae sive ex parte intelligentis, modo quo praedictum est.³⁷

102 Ad tertium³⁸ dicendum quod non est idem aliquem terminum significare directe negationem entitatis (sicut hoc quod dico ‘non-homo’ vel ‘non-lapis’), et dicere | terminum significare aliquid quod formaliter loquendo non ponit aliquam entitatem realem; quia non oportet quod illud cuius significatum formale non ponit aliquam entitatem in rerum natura, dicat formaliter negationem entitatis realis. Sicut esse obiective in intellectu quantum ad illud esse ita non significat formaliter aliquam entitatem realem existentem in rerum natura, nec tamen significat | negationem entis sicut significat hoc quod dico ‘non-ens’ vel ‘non-entitas’.

103 Si ergo loquamur de his quae dicunt directe negationem entis, tunc aut dicunt negationem determinati entis, ut hoc quod dico ‘caecum’ vel ‘non-videns’, aut dicunt universaliter negationem entis, sicut hoc quod dico ‘non-ens’. Si dicant negationem determinati entis, poterunt praedicari de aliquo ente in concreto, sed non in abstracto. Nam vere de homine carente visu potest dici quod est caecus vel carens visu; sed non potest dici quod sit caecitas vel carentia visus. Si autem dicant universaliter negationem entis (ut hoc quod dico ‘non-ens’ vel ‘non-entitas’), nec in abstracto nec in concreto poterunt verificari de aliquo ente reali, unde nullum ens reale potest dici universaliter ‘non-ens’ vel carentia entitatis. Si autem sint talia quorum significatum formale non dicat entitatem existentem in rerum natura, sed supponat (sicut hoc quod est ‘esse obiective in intellectu’, vel hoc quod est esse abstractum | vel separatum a

1 sicut] WV sive A 2 quo praedictum est] WV prius dicto A 3 idem] WAV dicere add. A 4 sicut ... dico] WV ut A 4-5 vel non lapis] WV om. A 6 loquendo] WV om. A 8 entitatis] WAV vel entis add. A 9 quantum ... significat] WV non dicit etiam quantum ad illud esse A 10 realem] WV om. A | nec] WV non A 11 entis] WV entitatis A | significat ... dico] WV om. A 11-12 non-entitas] WV non homo A 13 ad si etc.] quomodo negatio predicatur et quomodo non add. V^m | entis tunc] WV entitatis A 14 dicunt] WA^cV om. A | hoc quod dico] WV est esse A 15-16 aut ... determinati entis] WV et talia A 16-17 praedicari] A predicare WV 17 sed] WV om. A | nam vere] WV unde A 18 vel carens visu] WV om. A 19 si autem dicant] WV aut dicunt A 20 hoc quod dico] WV om. A | vel] WV et A 20-21 nec ... reali] WV et talia de nullo ente reali possunt verificari A 22 potest dici] WV est A 22-23 vel carentia entitatis] WV universaliter A 23 dicat] WV dicit A 24 existentem] WV om. A 25 hoc quod est] WV om. A 25-208.1 vel ... possunt] WV poterunt A

37 Cf. *Dist.* II, §§ 79-99.

38 Cf. § 61.

singularibus), talia quidem de ente reali possunt praedicari in concreto (dicendo 'hoc est abstractum' vel 'hoc est habens esse rationis'), sed in abstracto non poterunt verificari de ente reali, unde nullum ens reale dicens formaliter entitatem realem est esse rationis, vel abstractio vel universalitas; licet nullum ens reale sit habitudo rationis quae nihil ponit, nihil tamen prohibet ens reale concretive denominari in habitudine ad aliquid secundum respectum rationis tantum. 5

104 Ad quartum³⁹ dicendum quod non oportet quod omne quod intelligitur moveat intellectum, loquendo etiam de intellectu qui a rebus movetur ad intelligendum; alioquin negationes et privationes non possent intelligi, quia talia cum dicant non-entitatem formaliter non possunt movere. Sed sufficit quod illa quae primo nata sunt occurrere intellectui, moveant intellectum; primo quidem ad cognitionem sui, et deinde ad cognitionem aliorum. Et sic etiam est in proposito. Nam res extra mediante fantasmate movet intellectum ad cognoscendum se, primo quantum ad suum esse reale, et deinde quantum ad tales intentiones, quae res consequuntur prout sunt in intellectu obiective, modo quo expositum est supra. Et sic patet ad quaestionem et ad argumenta. 15

⟨QUAESTIO QUARTA⟩

⟨Utrum secunda intentio sit tantum relatio rationis⟩

20

105 Ad quartum sic proceditur. Et arguitur quod ens rationis sive secunda intentio non sit tantum relatio rationis quia: Sicut alia praedicamenta dicunt ens reale, ita praedicamentum relationis dicit ens reale. Sed

1 praedicari] WV verificari A 3 poterunt] WV om. A | verificari ... unde] WV quia A | reale] WV om. A 4 formaliter] WV realiter A | realem] WV om. A | abstractio] WV abstractum A 5 licet ... sit] V vel enim nullum ens reale sit W quia licet non sic A 6 nihil ... reale] WV poterunt tamen A | denominari] WAV secundum rationem add. A 7 secundum ... tantum] WV om. A 8 oportet quod] WV om. A 9 moveat intellectum] WV ab intellectu movet ipsum A 11 quia talia cum] WV cum A | entitatem] WAV que A | possunt] WV poterunt A 12 sufficit quod] WV om. A 12-13 intellectui moveant intellectum] W intellectui movent ipsum A intellectu V 13 et] WV om. A 14 etiam] WV om. A 15 intellectum] A om. WV 17 quae] WAV scilicet que A 17-18 modo ... argumenta] WV etc A 21 sive] WV vel A 22 relatio rationis] AV relationis W 23 reale] WV realis A | ita] WAV et add. A | dicit ens reale] WV om. A

39 Cf. § 62.

non consequitur de aliis praedicamentis quod sint entia rationis, quia | *W 15^{vb}*
 non ponitur quod sit aliqua substantia rationis vel aliqua qualitas ratio-
 nis. Ergo nec potest poni, ut videtur, relatio rationis. Nec per consequens
 intentio secunda potest dici vere relatio rationis.

5 106 Praeterea. Abstractum vel separatum a particularibus dicunt secun-
 das intentiones sive entia rationis. Sed talia non videntur dicere relatio-
 nem, sed magis privationem. Ergo secunda intentio non semper dicit
 relationem rationis.

107 Praeterea. Unum in suo significato formali non importat relationem,
 10 sed dicit indivisionem sive divisionis privationem. Sed 'unum specie
 vel genere' est secunda intentio. Ergo non omnis secunda intentio dicit
 relationem rationis.

108 Praeterea. Sicut invenitur relatio secundum rationem intelligendi
 tantum, ita invenitur qualitas secundum rationem intelligendi tantum.
 15 Sed secunda intentio est illud quod est ens secundum rationem tantum.
 Ergo non omnis secunda intentio dicit relationem rationis. Minor patet
 ex supradictis quia, sicut supra frequenter dictum est,⁴⁰ secundae inten-
 tiones dicuntur illa quae significant ea quae consequuntur res prout sunt
 obiective in intellectu; talia autem sunt entia rationis. Ergo *etc.* Maior
 20 autem probatur quia: Illud quod praedicatur *in quale*, dicit qualitatem
 vel secundum rem vel secundum rationem. Sed differentia praedica-
 tur *in quale*. Ergo oportet quod dicat qualitatem vel secundum rem vel
 secundum rationem intelligendi. Non secundum rem, quia impossibile
 est quod saltem omnis differentia dicat qualitatem secundum rem, sicut
 25 patet de differentiis substantiae. Ergo dicere quod aliquae differentiae

1 non ... rationis] WV alia predicamenta non dicunt entia rationis A 2 quod sit]
 WV om. A | substantia] WAV vel quantitas *add.* A 2-3 vel ... rationis¹] WV om. A
 3 nec potest] WV non debet A | ut videtur] WV om. A | nec per consequens] WV ergo
 A 4 potest dici vere] WV non potest non vere dici A 5 vel ... particularibus] WV a
 singularibus A 5-6 dicunt ... sive] WV dicit secundam intentionem vel A 6 entia]
 WV ens A | talia non videntur] WV hec non videtur A 8 relationem rationis] WA^cV
 om. A 9 importat] WV dicit A 10 dicit ... sive] WV om. A 11 est secunda
 intentio] WV dicit secundam intentionem A 14 ita ... tantum] AV om. W 15 ens]
 WA^cV om. A 16 non] WA om. V 17 ex supradictis] WV om. A | sicut ... est]
 WV om. A 18 illa] WV om. A 19 talia autem] WV et hec A | ergo etc] WV om.
 A 20 autem] WV om. A 22 quale] WAV v metaphysice A | ergo] WA om. V
 22-23 vel² ... quia] WV quod est A 24-210.1 quod ... tantum] WV de differentia
 substantie vel secundum rationem intelligendi et habeo propositum A 25 aliquae] W
 aliqua V

40 E.g. *Dist.* 1, § 23.

A 10^{va} dicant qualitatem secundum rationem tantum. Et sic patet maior. Et per consequens sequitur conclusio principalis, scilicet | quod non omnis intentio secunda dicit relationem rationis.

109 In contrarium est dictum commune, scilicet quod secundae intentiones dicunt quasdam habitudines. Ratione etiam potest argui quia: In nullo alio genere invenitur aliquid dici secundum rem et aliquid secundum rationem nisi in genere relationis, nam bene est quaedam relatio rei et quaedam relatio rationis. Non autem dicitur quaedam substantia vel qualitas vel quantitas rationis. Ergo, ut videtur, ens rationis | in solo genere relationis invenitur.

⟨Solutio⟩

110 Respondeo ad evidentiam istius quaestionis. Primo intendo distinguere de nominibus significantibus entia rationis sive secundas intentiones. Secundo intendo descendere ad quaestionem. Tertio ponam quaedam sive quoddam ad declarationem propositi.

111 Quantum ad primum sciendum quod sunt quaedam nomina significantia entia rationis sive ipsas secundas intentiones concretive acceptas quae significant privationes, sicut hoc quod dico ‘abstractum’ sive hoc quod dico ‘unum specie’ vel ‘genere’. Abstractum enim dicitur aliquid ex hoc quod est obiective in intellectu praeter aliqua ⟨cum⟩ quibus in re coniungitur, sicut quando intelligitur homo non intellectis Sorte vel | Platone; unum vero specie vel genere dicitur per privationem differentiarum dividendum in species, vel per privationem eorum quibus species dividitur in individua; unum enim est ens indivisum. Alia sunt nomina

1 et¹] *WA* vel *V* 2 per consequens] *WV om. A* | sequitur] *WAV* quod *add. WV* 4 scilicet] *WV* secundum *A* 5 potest argui] *WV om. A* 6 aliquid²] *WV om. A* 7 rationem] *WAV* quia non dicitur quantitas rationis vel substantia rationis *add. A* | nam bene] *WV* quia *A* 7–8 relatio ... quaedam¹] *WA^cV om. A* 8–9 relatio ... quantitas rationis] *WV* rationis *A* 9 ens rationis] *WAV* et relatio *add. A* 12 ad ... quaestionis] *WV om. A* 12–13 intendo distinguere] *WV* distinguendum est *A* 14–15 secundo ... propositi] *W* secundo intendo descendere ad questionem tertio ponam quedam secundum quoddam ad declarationem propositum *V om. A* 16 quantum ad primum] *WV* ubi *A* 17 sive] *WV* vel *A* | concretive] *WV* in concreto *A* 18 sicut ... dico] *WV* ut *A* 18–19 sive ... enim] *WV* quod ex hoc *A* 19–20 aliquid ... est] *WV* quia aliquid est *A* 20 aliqua] *WV* illa *A* | cum] *suppl. om. WAV* 21 quando intelligitur] *WV om. A* | homo] *WAV* cum intelligitur *add. A* | intellectis] *WV* intellecto *A* | vel] *WV* et *A* 22 unum vero] verum *W* item unum *A* vero *V* 23 per privationem] *W* per privationes *V om. A* | quibus] *WAV* quibus (!) *add. W* 24 in] *WA om. V* | nomina] *WV om. A*

quae significant positive (sicut 'genus', 'species', 'praedicatum', 'subiectum' et consimilia), non quod ista secundum rem aliquid formaliter ponant in aliquo sicut in subiecto, sed tantum secundum rationem, ut supra dictum est. Et hoc sufficiat adnunc de primo.

- 5 112 Quantum ad secundum sciendum primo quod illa significant privative (sicut 'abstractum', 'unum specie' vel 'genere'), non videntur mihi significare relationem quamcumque rei vel rationis. Cuius ratio est quia formale significatum termini significantis privative non est aliquod positivum, sed talia nomina, ut dictum est,⁴¹ significant privationem. Ergo
10 *etc.* Quantum autem ad ea quae dicunt positive modo quo supra dictum est, sicut est genus, species vel consimilia, convenienter dicuntur significare quasdam relationes sive habitudines.

- 113 Ad cuius evidentiam sciendum quod praedicta entia rationis sicut non sunt substantia vel quantitas, ita nec sunt relationes reales in genere
15 relationis existentes. Et hoc patet ex dictis quia talia non dicunt aliquod ens reale existens in aliquo praedicamento, tamen licet non sint relationes reales, magis tamen assimilantur relationibus quam aliis entibus et minus recedunt a ratione relationis quam a ratione aliorum praedicamentorum.

- 20 114 Cuius ratio potest sumi ex parte relationis et ex parte entis rationis. Ex parte quidem relationis quia: Illud quod dicit ens rationis tantum, maiorem similitudinem habet ad illud quod minimum habet de entitate reali, et per consequens minus recedit ab eius ratione. Sed omnis inter

1 praedicatum] WAV et *add.* A 2 consimilia] WV huiusmodi A | ista secundum rem] WV *om.* A 3-4 ut ... primo] WV *om.* A 5 quantum ... quod] WV secundo ad questionem quia A | quae] A *om.* WV 6 abstractum] WAV et huiusmodi *add.* A | unum ... genere] WV *om.* A 6-7 videntur mihi significare] WV significant A 7 quamcumque] WV *om.* A 8 significatum] WAV talis *add.* A | significantis privative] WV *om.* A | aliquod] WV aliquid A 9 sed talia nomina] WV quia hec A | privationem] WA^cV pritionem (!) A 9-10 ergo *etc.*] WV *om.* A 10-12 quantum ... sive] WV sed ea que significant positive ut genus et huiusmodi dicuntur significare quasdam A 10 positive] W positionem V 13 ad cuius evidentiam] WV ubi A 14 vel] WV aut A | reales] WV *om.* A 15 et ... talia] WV quia A 16 reale] WA^cV realis A 16-17 tamen ... reales] WV et sic nec in predicamento relationis A 17 assimilantur] WV assimilatur A | quam aliis entibus] WV *om.* A 18 a ... relationis] WV ab earum ratione A 18-19 a² ... praedicamentorum] WV assimilatur aliis entibus a quorum ratione amplius recedunt A 20-21 et ... relationis] WV *om.* A 21 tantum] WV *om.* A 22 ad ... minimum] WAV^c *om.* V 23-212.3 et ... ratione eius] WV ergo ens rationis magis assimilatur ei quam cuicumque alii predicamento A 23 sed] WV secundo *add.* V

41 Cf. *Dist.* II, § 111.

omnia praedicamenta relatio minus habet de entitate. Ergo illud quod dicit ens rationis tantum magis assimilatur relationi quam cuicumque alteri predicamento et minus recedit a ratione eius.

115 Ex parte etiam entis rationis potest hoc sic ostendi quia: Illud quod aliquid dicit absolutum, convenit ei cuius est, circumscripta habitudine 5 ad aliquod extrinsecum. Sed entia rationis non conveniunt rebus de quibus dicuntur circumscripta habitudine ad aliquod extrinsecum, quia non conveniunt rebus nisi prout sunt obiective in intellectu, vel simpliciter apprehendente rem vel comparante unam rem alteri (puta praedicatum subiecto) vel superius inferiori. Propter quod non possunt dicere aliquod 10 positivum, nisi vel habitudinem rei intellectae ad actum intelligendi, vel habitudinem unius rei intellectae ad aliam rem intellectam prout | scilicet obiective sunt in intellectu comparante unum alteri. Et sic aliquo modo patet de secundo.

116 Ad maiorem autem evidentiam praemissorum volo declarare duo. 15
V 13^{ra} | Primum est quod, licet omnia entia rationis consequantur res tantum prout sunt obiective in intellectu, non tamen omnia entia rationis dicunt habitudines; immo quaedam, ut dictum est, dicunt privationes, quia, licet non possint esse sine tali habitudine, non tamen formaliter dicunt tales habitudines. Illa enim quae sunt unum secundum rem, possunt esse 20 obiective in intellectu sicut invicem. Ex quo sequitur: quaedam privationes secundum rationem tantum, quia secundum rem non sunt sicut invicem. Sed in positivis, ut dictum est, nullum ens rationis formaliter potest dicere nisi vel habitudinem rei intellectae ad intellectum, vel habitudinem unius rei intellectae ad aliam rem intellectam prout ab intellectu 25 una res comparatur alteri.

4 hoc ... ostendi] WV sumi ratio A | illud] WV om. A 5 cuius] WAV ratio add. A
8 rebus] WA^cV om. A | sunt] WA^cV om. A 9 apprehendente] WV apprehendentem A
| rem²] WAV vel a parte unam rem add. A | puta] WV ut A 10 possunt] WV potest
A 11 nisi] WV sed A | intellectae] WAV unius add. A | intelligendi] WV prout sunt
obiective in intellectu comparante eam alteri A 12 unius] WV om. A 12-14 aliam
... secundo] WV actum intelligendi A 15 autem] WV tamen A 16 tantum] WV
om. A 17 intellectu] WAV tantum add. A | entia rationis] WV om. A 18 immo]
WV sed A | ut dictum est] WV om. A 19 tali] WV om. A 20 tales habitudines]
WV eas A | illa enim quae] WV que enim A | esse] WA^cV om. A 21 sicut] WV sine
A | invicem] WAV vel separata add. A 22 tantum] WV om. A | secundum rem] WV
realiter A | sicut] WV sine A 23 ut dictum est] WV om. A 24-26 vel¹ ... alteri]
WV aliquam habitudinem supradictam A

117 Secundum quod volo declarare quod, licet esse ens rationis tantum non conveniat alicui absoluto (puta subiective qualitati vel quantitati) simpliciter, tamen esse ens secundum rationem attribuitur quandoque alicui absoluto non simpliciter, sed secundum quid. Unde licet nulla
 5 substantia vel nulla qualitas sit ens rationis simpliciter loquendo, tamen dicimus quod iustitia Dei, quae est eius substantia, sit qualitas secundum rationem sive nostrum modum intelligendi, nec per hoc intendimus dicere vel quod iustitia Dei simpliciter sit ens rationis vel quod aliqua qualitas sit simpliciter ens rationis, sed intendimus dicere quod
 10 unum absolutum convenit alii absoluto secundum quid, idest secundum quandam similitudinem, inquantum secundum nostrum modum intelligendi praeintelligimus substantiam Dei suae iustitiae, sicut apud nos in rebus nobis notis | praesupponitur substantia qualitati et cuilibet acci- A 10^{vb}
 denti. Tamen nec substantia nec qualitas est simpliciter ens rationis. Sicut
 15 enim ens diminutum simpliciter convenit ei quod simpliciter non est ens, sicut esse in potentia convenit nunc simpliciter Antichristo, quia verum est simpliciter dicere quod Antichristus est ens in potentia, ita etiam ens diminutum non convenit enti simpliciter nisi secundum quid; sicut dicimus quod ens actu simpliciter est in potentia secundum quid, non autem
 20 dicimus quod sit simpliciter in potentia. Et sic habitudines praedictae quae dicunt ens diminutum modo quo in quaestione praecedenti expositum est, sunt simpliciter entia rationis tantum. Sed nullum absolutum est simpliciter ens rationis tantum.

118 Notandum tamen quod, licet iustitia vel substantia Dei non sit
 25 simpliciter ens rationis, tamen inter iustitiam et substantiam Dei est dare habitudinem rationis quae solum ens rationis dicit, sicut quando dicimus quod in comparatione ad intellectum nostrum iustitia in Deo

1 quod volo declarare] WV declarandum est A | tantum] WV om. A 2 absoluto] AV absolute W | subiective] WV om. A 3-4 tamen ... simpliciter] WV om. A 5 nulla qualitas] W nulla quantitas V quantitas A | simpliciter loquendo] WV om. A 6 dicimus] WV dicitur A | qualitas] WV quantitas A 7 sive] WV et A 7-8 nec ... quod¹] WV non quia dicatur A 8 sit] WV esse A 8-9 quod aliqua] W alia A quod V 9 qualitas ... rationis] WV quantitas A | intendimus dicere] WV om. A 10 absoluto] WA altero V | idest] WV ideo est A 11 inquantum] WA ita quod V 12 suae] WV eius A | sicut] WA si est V 13 in ... praesupponitur] WV substantia [A 10^{vb}] preintelligitur A 15 simpliciter¹] WA^cV om. A 17 simpliciter] WV om. A | ens¹] WV om. A | etiam] WA et V 19-20 secundum ... potentia] WA om. V 20 dicimus] W om. A 21-22 quae ... est] WV non dicunt ens diminutum sed A 22 tantum] WV om. A 24 notandum] WV sciendum A | vel substantia] WV om. A 26 solum] WV om. A | rationis²] WAV tantum add. A | quando] WV om. A 27 in comparatione ad] WV secundum A | in Deo] WV om. A

W 16^{va} praesupponit substantiam, 'praesupponere' | et 'praesupponi' dicunt ens rationis tantum. Et ista non dicunt aliqua absoluta formaliter, sed habitudines praesupponentis ad praesuppositum, et praesuppositi ad praesupponens.

⟨Ad rationes in oppositum⟩

5

119 Ad⁴² primum ergo in oppositum dicendum quod, sicut patet ex dictis, nullum ens alicuius praedicamenti est ens rationis; quia, ⟨licet⟩ praedictae habitudines non sint relationes existentes in praedicamento relationis, tamen maiorem convenientiam habent entia rationis cum praedicamento relationis quam cum aliis, ut ostensum est modo. Et ideo, 10
licet quantum ad hoc convenient omnia praedicamenta quod nullum eorum dicit ens rationis tantum, tamen quantum ad hoc differunt quod ratio praedicamenti relationis minus repugnat entibus rationis quam ratio aliorum.

120 Ad secundum⁴³ dicendum quod illa ratio probat quod non omnia 15
entia rationis dicunt habitudines, quia aliqua dicunt formaliter privationem; sed non probat quin omnia entia rationis quae dicuntur positive, dicant habitudines. Nunc autem non est concessum nisi de entibus rationis quae dicuntur positive, quod dicant habitudines.

121 Per idem patet ad tertium.⁴⁴

20

V 13^{rb} 122 Ad quartum⁴⁵ dicendum quod | maior est falsa. Ad probationem maioris dicendum quod illud quod praedicatur *in quale*, dicit qualitatem.

1 substantiam] WV eius substantiam A | praesupponere] WAV autem *add.* A 2 et ista non] WV nec A | absoluta] WA altera V 3 praesupponentis ad] WV presupponentes aliquid A 3-4 praesuppositi ad praesupponens] WV e converso A 6 ergo] WV *om.* A 6-7 sicut ... dictis] WV *om.* A 7 praedicamenti] WA^cV predicati A | est] WV dicit A | licet] *suppl. om.* WAV 10 ut ... modo] WV *om.* A 11 quantum ad] WV in A | convenient] WA quod ratio conveniat V 11-12 nullum eorum dicit] WV non dicant A 12 tantum] WV *om.* A | quod] WA quid V 13 minus] A unius WV 15 illa ratio] WV *om.* A 16 habitudines] WV habitudinem A 20 patet] W *om.* A rationem patet V 21 falsa] WV vera et A 22 maioris dicendum] WV *om.* A

42 Cf. § 105.

43 Cf. § 106.

44 Cf. § 107.

45 Cf. § 108.

Et quando dicitur quod omnis differentia praedicatur *in quale*, dicendum ad hoc quod verum est et ulterius quod omnis differentia dicit qualitatem; et quando dicitur ultra quod non omnis differentia dicit qualitatem quae sit qualitas secundum rem, dico quod falsum est, immo omnis differentia dicit qualitatem quae est qualitas secundum rem, sed non verum est quod non omnis differentia dicit qualitatem, quae est determinatum praedicamentum accidentis, nec secundum rem nec secundum rationem, unde ‘corporeum’ vel ‘incorporeum’, ‘sensibile’ vel ‘insensibile’ non dicunt qualitatem quae est determinatum praedicamentum accidentis, sed dicunt qualitatem vocando omnem formam quae formaliter dicitur esse tale.

123 Unde ‘quale’ prout differentia *in quale* praedicatur, et ‘quale’ prout determinato convenit praedicamento accidentis, non sunt sic accipienda quod unum dicat qualitatem secundum rem et aliud dicat qualitatem secundum rationem, immo utrumque dicit qualitatem secundum rem. Sed verum est quod qualitas prout differentia dicit quale et prout determinatum genus accidentis dicit quale, non significat qualitatem univoce, sed vel equivoce vel analogice utrobique tamen significat rem veram, sicut etiam ‘corpus’ quod significat compositum in genere substantiae et ‘corpus’ quod significat trinam dimensionem, utrobique significat rem veram, licet equivoce.

124 Si autem obiciatur contra hoc quod, cum differentia dicat ens rationis, sicut et alia praedicabilia, et per consequens ‘quale’ quod importat differentia, est quale secundum rationem et non secundum rem, | dicendum quod, licet differentia dicat ens rationis inquantum est quoddam

W 16^{vb}

1–4 quando ... rem] WV om. A quando dicitur predicatur in quale dicendum quod verum si aliquis dicit quod omnis differentia dicit qualitatem secundum rem A^c 3 et ... qualitatem] WA om. V 4 immo omnis] WV quia A 5 quae est qualitas] W om. A que est V 5–6 secundum ... qualitatem] W secundum rem sed non qualitatem A om. V 7 praedicamentum accidentis] WA sed verum est quod non omnis differentia dicit qualitatem que est determinatum praedicamentum accidentis V 8 incorporeum] WV om. A | vel insensibile non] WV om. A 9–10 quae ... qualitatem] WV om. A 10–11 formaliter ... tale] WV aliquid est tale formaliter sed non praedicamentum accidentis A 11 esse] W aliquid esse V 12 prout²] WV quod A 13 praedicamento] WA^cV predicato A | accidentis] WV om. A 14 dicat qualitatem²] WV om. A 15–17 secundum² ... significat] WV om. A secundum rem sed non dicunt A^c 18 vel¹] WV om. A | analogice] WAV sed add. A | tamen] WV om. A 19 etiam] W et corpus quod significat rem veram sicut et A om. V 20 corpus] WV om. A | dimensionem] WAV tantum add. A 21 licet] WV sed A 22 autem ... hoc] WV dicas A | cum] WV om. A | dicat] WV importat A 23 et¹] WV om. A | et per consequens] WV ergo A

praedicabile, quia esse praedicabile dicit mere ens rationis, tamen quale quod importatur per differentiam, non oportet quod sit ens tantum secundum rationem. Sed eius praedicabilitas vel universalitas, quae differentia dicitur unum praedicabile conveniens multis, est ens rationis. Et de hoc magis dicitur infra in speciali.⁴⁶ Et sic patet ad rationes. 5

⟨QUAESTIO QUINTA⟩

⟨*Utrum relatio rei intellectae ad intellectum sit secunda intentio*⟩

125 Ad quintum sic proceditur. Et arguitur quod relatio rei intellectae ad intellectum non sit secunda intentio quia: Illud quod est commune tam primae tam secundae intentioni, non debet dici determinate secunda 10 intentio. Sed relatio rei intellectae ad intellectum est huiusmodi. Ergo *etc.* Maior patet quia: Illud quod commune convenit pluribus, non oportet dici determinare de altero eorum tantum; iam enim non esset commune pluribus. Minor etiam satis potest patere ex dictis, quia supra dictum est frequenter quod intentionalitas secundum quam dicitur aliquid prima 15 vel secunda intentio, est habitudo rei intellectae ad intellectum; prout scilicet est terminus ad quem terminatur tendentia intellectus, prout scilicet intellectus accipitur ut tendens ad obiectum intellectum, et hoc secundum rationem intelligendi, quia secundum rem non est actio transiens.

126 Si dicatur ad hoc quod praedicta habitudo est ipsa intentionalitas 20 in abstracto qua aliquid dicitur prima vel secunda intentio, ita quod in abstracto non determinat sibi primam vel secundam intentionem, | sed accipiendo in concreto intentionem est secunda intentio tantum inquantum scilicet ipsamet intentionalitas est quoddam intelligibile natum ter-

1 quia esse praedicabile] WV quod A 2 importatur ... quod] WV importat differentia A 3-4 differentia] WV om. A 4 unum ... multis] WV predicabile A 4-5 et ... rationes] WV om. A 5 et] W om. V 8 proceditur] WV procedere A 9 illud] WV om. A | tam] WV om. A 10 tam] WV et A | debet] WV potest A 11 intentio] WAV quia commune pluribus non oportet determinate dici de altero eorum *add.* A 11-12 huiusmodi ... pluribus] WV huius A 14 minor] WV probatur minor A 14-15 etiam ... quod] WV quia A 17-18 prout ... et] WV tendentis in obiectum A ad intellectum et *add.* V 20 dicatur ad hoc] WV dicas A 22 *ad* intentionem *etc.*] WAV nota quomodo differentia dicit qualitatem realem A^m 23 accipiendo] WV om. A | intentionem] WV om. A 23-24 tantum inquantum] WV prout A 24 natum] WAV est *add.* WV

46 Cf. § 141.

minare actum intelligendi secundario inquantum intellectus reflectitur super actum suum et super habitudinem sui obiecti, contra quia: Qua ratione prima intentionalitas abstracte accepta, secundum quam res extra dicitur prima intentio concretionis, potest esse res intellecta et
 5 esse fundamentum secundae intentionalitatis, eadem ratione secunda potest esse fundamentum tertiae, et tertia quartae, et sic in infinitum. Sed ponere processum in infinitum est inconueniens. Ergo *etc.*

127 Praeterea. Illud quod consequitur rem ut est obiective in intellectu, consequitur rem ut est intellecta, | quia esse obiective in intellectu con- V 13^{va}
 10 sequitur rem ut est esse intellectu, idest esse intellectum. Sed illud quod consequitur rem ut intellectam, non convenit ei quod non est intellectum. Ergo quod consequitur rem ut est obiective in intellectu, non convenit ei quod non est intellectum. Sed secundae intentiones consequuntur res ut sunt obiective in intellectu. Ergo secundae intentiones vel
 15 esse secundam intentionem non convenit ei quod non est intellectum. Sed habitudo obiecti intellecti ad ipsum intellectum non habet rationem intellecti, quia respectu nullius actus cognoscendi | obiectum per se cognitum potest esse habitudo obiecti. Ergo, ut videtur, habitudo rei intellectae ad intellectum non est secunda intentio. W 17^{ra}

20 128 Praeterea. Logicus determinat de secundis intentionibus. Sed non videtur quod ipse determinet de tali habitudine, quia praedicabilia de quibus ipse determinat (puta genus, species et ipsa praedicata et subiecta) non dicunt directe habitudinem; immo videntur dicere habitudinem unius rei intellectae ad aliam rem intellectam. Ergo *etc.*

25 129 In contrarium est quia, sicut saepe dictum est, illud quod dicitur ens rationis tantum, est secunda intentio. Sed habitudo rei intellectae ad intellectum est huiusmodi, quia constat quod talis habitudo non est habitudo realis, sed rationis tantum. Ergo *etc.*

1 secundario inquantum] WV secundum quam A secundario quam A^c 2 suum] WV om. A 3 abstracte] WV in abstracto A 5 esse] WV om. A 6 et tertia quartae] WV om. A 7 sed ... infinitum] WV quod A 9 rem] WV eam A | est] WV om. A 9-10 consequitur ... idest] W est A idest V 10 ut] W^c om. WV | intellectum] A rem intellectam WV | illud] WV om. A 12 in] WV om. A 14-15 secundae ... intentionem] WV om. A 15 secundam] V secunda W 18 ut videtur] WV om. A 21 ipse] WV om. A 22 puta ... ipsa] WV et A 23 directe] WV om. A | habitudinem¹] WAV rei intellectae ad intellectum add. A ipsum intellectum V 24 rem intellectam] WV om. A 25 sicut ... illud] WV om. A 26 est] WA om. V 27 huiusmodi] W huius AV | talis habitudo] WV om. A

130 Praeterea. Aut est prima intentio, aut secunda, aut nulla. Prima non potest esse, quia primae intentiones dicunt ens reale extra animam vel affirmative vel negative, ut supra dictum est.⁴⁷ Talis autem habitudo non dicit ens reale extra animam nec affirmative nec negative, nec potest esse nulla intentio, quia omni ei quod intelligitur, convenit esse intentio aliquo modo, scilicet concreate. Relinquitur ergo quod praedicta habitudo sit intentio secunda.

⟨Solutio⟩

131 Respondeo ad quaestionem istam. Dicendum est quod, sicut supra frequenter fuit dictum, intentio etiam prout se tenet ex parte rei intellectae, dupliciter accipitur: Uno modo in abstracto, scilicet ipsa intentionalitas secundum quam res intellecta dicitur concreate prima vel secunda intentio. Alio modo in concreto, prout ipsa res intellecta in qua fundatur talis intentionalitas, dicitur prima vel secunda intentio; prout scilicet dicimus quod ‘homo’ dicit primam intentionem, scilicet concreate, et ‘species’ dicit secundam intentionem.

132 Quando ergo quaeritur utrum habitudo rei intellectae ad intellectum sit intentio prima vel secunda, si quomodo intelligatur de intentione in abstracto, sic talis habitudo nec determinate est prima intentio, nec similiter est tantum determinate secunda intentio, sed dicit quoddam commune utrique. Nam intentionalitas abstracte accepta, secundum quam omne quod intelligitur denominatur concreate prima vel secunda intentio, est ipsa habitudo rei intellectae ad intellectum, scilicet prout terminat tendentiam actus intelligendi. Sed illa intentio abstracte accepta secundum quam omne quod dicitur concreate intentio prima

2 esse] WV om. A | ens] WA^cV om. A | vel] WV et A 3 talis autem habitudo] W hec autem A talis enim habitudo V 4 ens ... negative] WV talis habitudo A 5–6 aliquo modo] A aliquo W aliquando V 6 praedicta habitudo] WV om. A 7 secunda] WAV huiusmodi habitudo add. A 9 ad quaestionem istam] WV om. A | est] WV om. A 9–10 sicut ... dictum] WV om. A 10 etiam prout] W ut A et prout V 11 dupliciter ... modo] WV potest accipi vel A | ipsa] WV om. A 12 concreate] WV om. A 13 ipsa] WV om. A 14–16 prout ... species] WV et hec dicit primam intentionem concreate et A 17 quando] WV cum A | intellectae] A intellecta WV 18 quomodo] WV om. A 19 nec] WV non A 20 est] WV om. A | determinate] A determinare WV 21 abstracte accepta] WV in abstracto A 23 intentio] A om. WV | scilicet] WV om. A 24 tendentiam] AV sententiam W | illa] WV talis A | abstracte] WV sic A 25–219.1 secundum ... denominari concreate intentio] WV om. A

47 E.g. *Dist.* 1, §§ 25, 60, 97, 105–110.

vel secunda habet denominari concreative intentio, non dicit in abstracto vel solam primam intentionem vel solam secundam; alioquin non denominaret esse quod concreative dicitur intentio. Ergo praedicta habitudo non dicit tantum intentionem | primam vel tantum intentionem secundam si accipiat intentio in abstracto, et hoc satis probat prima ratio ad hanc partem facta. Si autem accipiat intentio concreative, tunc praedicta habitudo rei intellectae ad intellectum dicit tantum secundam intentionem. W 17^{rb}

133 Ad cuius evidentiam sciendum quod, quia actus intelligendi reflecti potest super se, saltem super illud quod | est eiusdem generis secum. V 13^{vb} Quod ideo dico quia hoc nolo definire utrum idem actus intelligendi numero sit reflexibilis super seipsum (ita quod ipse idem numero sit quod intelligitur et quo intelligitur). Et potest etiam reflecti super habitudinem sui obiecti ad ipsum. Et ideo ipsa intentionalitas abstracte accepta qua aliqua res denominatur intentio concreative dicta, ut quando dicimus quod 'homo' dicit primam intentionem concreative et eius habitudo ad | intellectum dicit primam intentionem in abstracto, potest intelligi et esse fundamentum eiusdem alterius intentionalitatis. Et sic se habebit in ratione eiusdem intelligibilis habentis habitudinem ad intellectum; et erit intentio concreative dicta. Et sic intelligendo quaestionem de intentione in concreto, inquantum talis habitudo non solum potest accipi ut ipsa habitudo obiecti, sed etiam ut ipsum obiectum habens habitudinem, talis habitudo dicit tantum secundam intentionem concreative accipiendo. A 11^{rb}

134 Et hoc faciliter patet ex his quae superius dicta sunt quia: Prima intentio et secunda concreative accepta accipiuntur penes duplex genus intelligibilium, quorum primum dicit esse reale extra animam, secundum vero dicit entia rationis qui consequuntur rem prout est obiective in intellectu, ita quod primum genus intelligibilium dicitur prima

2 solam²] WV om. A 3 esse] WV omne A 4 intentionem¹] WV om. A 5 si ... satis] WV et hoc A 6 praedicta] WV dicta A 10 saltem] WV vel saltem A
11 quia ... definire] W quia non definio A quod hoc nolo diffinire V | idem] WA ratione V | intelligendi] WV om. A 12 seipsum] WV se A | ipse] WV om. A 13 quod] WV et A | etiam] WA et V 14 abstracte accepta] WV in abstracto A 18 et¹] WV om. A | eiusdem] V eiusdem exp. W cuiusdam A 19 eiusdem] WV cuiusdam A 21 solum] WV om. A 22 ipsum] WV om. A 25 faciliter] WV om. A | his ... dictum fuit] WV supradictis quia A 26 penes] WV secundum A 28 entia ... consequuntur] W et secundum dicit add. et exp. W ens et secundum dicit entia qui consequuntur V entia rationis quod consequitur A 29 dicitur] WA dicuntur V

intentio concreate, secundum vero genus intelligibilium dicitur secunda intentio concreate. Sed praedicta habitudo rei intellectae ad intellectum, ut de se patet, pertinet ad secundum genus intelligibilium, quia dicit mere ens rationis consequens rem prout est obiective in intellectu. Ergo praedicta habitudo prout accipitur intentio ut quoddam intelligibile, et accipiendo intentionem concreate, est tantum secunda intentio. 5

135 Sed forte contra hoc posset aliquid obicere, quia non videtur quod illud possit esse abstractum et denominans, et concretum et denominatum, sicut albedini non convenit quod sit albedo denominans et album 10 denominatum. Et ad hoc posset primo dici quod non est simile de formis realibus quas oportet differre a subiectis quae denominantur per eas, et de intentionibus, quia non potest | fieri reflectio in realibus sicut in eis quae pertinent ad denominationem secundum esse rationis. Unde etiam aliqui concederent forte quod eadem res est actus intelligendi denomi- 15 nans et actus denominatus, si ponatur quod ille idem actus intelligendi sit res intellecta.

136 Aliter potest dici quod, licet idem in respectu eiusdem non possit esse denominans et denominatum, idem tamen respectu diversorum potest esse denominans et denominatum, sicut quantitas denominat 20 substantiam quantam et ipsa denominatur, puta a qualitate quando de curva vel alba, sic ipsa intentionalitas abstracta, quae denominat rem primo intellectam esse intentionem concreate dictam prout accipitur ut quoddam intelligibile, denominabitur non quidem a seipsa, sed a quadam alia intentionalitate quae consequitur ipsam prout est obiectum 25 intelligibile, sicut et ipsa consequatur rem prius intellectam. Et sic patet ad quaestionem.

1 genus intelligibilium] WV om. A 3 ut ... patet] WV om. A | intelligibilium] WAV ut patet add. A 4 mere] WV vere A 5 prout accipitur] WV accepta A 8-9 sed ... illud] WV si dicas quod illud A sed forte contra hoc posset aliquid obicere quod non videtur quod illud ita V 9 possit] WV non potest A 9-10 et denominatum] WV denominatur A 10 albedini] W albedini denominanti A albedinem V | albedo denominans et] W om. A albedo denominans V 11 et ... dici] WV dicendum A 12 subiectis] WA substantiis V 14 etiam] WA et V 15 forte] WV om. A 18 aliter potest dici] WV vel aliter dicendum A 19 idem] WV om. A 20 esse ... denominatum] WV om. A 21 quantam et ipsa] WV et A 21-22 puta ... alba] WV a qualitate A 25 ipsam] WV eam A

(Ad rationes in oppositum)

137 Ad⁴⁸ primum ergo in oppositum dicendum quod illa solutio data, scilicet quod illa habitudo est intentio secunda concretive accepta, est bona.

5 138 Ad secundum⁴⁹ quod obicitur: | contra hoc dicendum quod non est V 14^{ra}
inconveniens in actibus rationis posse procedere in infinitum in parti-
culari, reflectendo unum super alterum, ut quod aliquis primo intelligat
lapidem et postea intelligat se intelligere lapidem, et postea quod intelli-
gat illum actum secundum quod intellectum se intelligere lapidem, et
10 tertium et quartum, et sic in infinitum. Et similiter in habitudinibus
consequentibus obiectum intellectum ad quemlibet novum actum intel-
ligendi sequitur nova habitudo.

139 Ad tertium⁵⁰ dicendum quod non oportet quod illud quod conse-
quitur rem ut est intellecta sive ut est obiective in intellectu, sit intellec-
15 tum; sed verum est quod non potest convenire alicui nisi sit intellectum.
Quando ergo dicitur quod illud quod consequitur rem ut est intellecta,
non convenit alicui sicut passio convenit subiecto illi rei quae est intel-
lecta, et ideo denominari ab aliqua intentionalitate non convenit nisi
ei quod intelligitur et cui ut illa intentionalitas attribuitur. Non autem
20 oportet quod ipsa intentionalitas quae rei intellectae attribuitur sit obiec-
tum intellectum. Sicut etiam in passionibus realibus quae consequuntur
res in esse reali, passio est extra rationem subiecti per quam subiectum
est subiectum, ita etiam et in passionibus consequentibus res in esse

2 ergo in oppositum] WV om. A 2-4 quod ... bona] WV ut dictum est in opponendo
A 7 aliquis] aliquid W om. A ad aliquid V | intelligat] WV intelligam A 8 lapidem
... se] WV me A 8-10 et² ... quartum] WV om. A 10 et³] WV om. A 11 ad] WV
om. A 12 sequitur] WV consequitur A 13 quod²] WV om. A 14-15 intellecta
... intellectum¹] WV in intellectu obiective esse in intellectu A 14 sit] WV sic A
16 quando ... illud] WV et ideo ad minorem dicendum A 17 convenit¹] WAV ei quod
non est intellectum dicendum quod illud quod consequitur rem ut est est(!) intellecta
non convenit add. WV | convenit²] WV om. A | illi rei] W nisi rei A ubi illi V 19 illa
intentionalitas] WV intellecto A | non autem] WV sed non A 20 quae ... attribuitur]
WV om. A 21 etiam] WA et V | realibus] WV om. A | consequuntur] AV consequitur
W 23 etiam et] WV om. A | consequentibus res] A quae consequitur rem W que
consequuntur rem V

48 Cf. § 126.

49 Cf. § 127.

50 Cf. § 128.

rationis sicut est habitudo ad intellectum, passio est extra rationem intellecti secundum quod huiusmodi, quia res per hoc quod intellecta (est), est fundamentum talis habitudinis rationis.

140 Est autem sciendum quod, licet entia rationis quae consequuntur
A 11^{va} res intellectas ut intellectae sunt, non | oportet quod sint intellecta ex 5
W 17^{vb} hoc ipso quod consequuntur res intel|lectas ut intellectae sunt, immo
magis oppositum, tamen nulli eorum convenit dici concretive ‘intentio’
nisi sit intellectum. Nam, sicut supra dictum est, concretive dicitur ali-
quod prima vel secunda intentio quia est fundamentum habitudinis ad
intellectum, ut quidam terminus ad quem terminatur actus intelligendi, 10
ita quod secundae intentiones et habent consequi res intellectas; et ex
hoc non habent quod sint intellecta, sed sunt passionες rerum intellec-
tarum, et sunt quaedam intelligibilia nata intelligi in intellectu reflexo.
Et sicut primum genus intelligibilium dicitur concretive prima intentio,
non quando est sed quando intelligitur, ita etiam secundum genus intel- 15
ligibilium, scilicet ens rationis, est secunda intentio concretive dicta, non
quando consequitur rem intellectam cuius est passio, sed quando intel-
ligitur.

141 Ad quartum⁵¹ dicendum quod minor non habet veritatem, quia
logicus tractat de praedicta habitudine, immo forte, formalis ratio sui 20
obiecti est praedicta habitudo. Unde praedicabile, dicibile, enuntiabile et
consimilia de quibus habet logicus determinare, important dictam habi-
tudinem. Et quando dicitur quod non, quia praedicabile non importat
habitudinem vel subicibile, dicendum quod immo, nam praedicabile non
solum importat habitudinem ad subiectum sive ad subicibile, sed etiam 25
ad actum animae quo unum natum est praedicari de altero; sicut et ‘dici-
bile’ non solum dicit habitudinem ad illud de quo dicitur, sed etiam ad
actum dicendi, qui est actus intellectus.

1 habitudo] WAV rei intellecte *add.* A | passio] A *om.* WV 2 intellecti] WV subiecti
A 3 est¹] *suppl. om.* WAV 4 est autem] WV et A 5 intellectae sunt] WA
intelliguntur V 6 quod] WAV eos *add.* A | res ... immo] WV sed A 8 sicut ...
est] WV *om.* A 8-9 aliquid] WV aliquid A 10 terminatur] WA^cV termatur (!)
A 11-12 et ex hoc] WV ex quo A 13 in] A *om.* WV 14 prima intentio] WA^cV
om. A 15 etiam] WV et A 15-16 intelligibilium] WV *om.* A 16 dicta] WV *om.*
A 19 non habet veritatem] WV est falsa A 21 praedicta] WV ipsa A 23 quia
praedicabile non] WA^cV *om.* A 24 habitudinem] WAV nisi ad subiectum *add.* A
| nam praedicabile] WV quia A 25 ad subiectum sive] WV *om.* A 26 natum est]
WV *om.* A | praedicari] WV predicatum A 27 dicit] WV habet A

51 Cf. § 129.

⟨QUAESTIO SEXTA⟩

⟨*Utrum sola habitudo rei
intellectae ad intellectum sit secunda intentio*⟩

142 Ad sextum sic proceditur. Et arguitur quod sola habitudo rei intel-
5 tae ad intellectum sit secunda intentio quia: Secunda | intentio est illud V 14^{rb}
quod consequitur rem intellectam ut intellecta est. Sed intellectum ut
intellectum non importat habitudinem nisi ad intelligentem. Ergo sola
habitudo rei intellectae ad intelligentem est secunda intentio. Maior patet
ex supradictis. Minor etiam de se satis patet quia: Sicut intelligens ut
10 intelligens non importat habitudinem nisi ad rem intellectam ut intellec-
tam, ita videtur econverso quod res intellecta non importat habitudinem
nisi ad intelligentem.

143 Praeterea. Illud solum videtur esse secunda intentio quo ablato
nulla secunda intentio manet. Ergo etc. Maior patet quia illud quod
15 convenit pluribus potest manere quocumque illorum ablato. Si ergo
est aliquid quo ablato non manet secunda intentio, videtur quod illi
soli conveniat secunda intentio. Minor etiam faciliter patet quia: Illud
quod consequitur rem ut est obiective in intellectu, non manet ablata
habitudine obiecti intellecti | ad intellectum. Sed omnis secunda intentio W 18^{ra}
20 est huiusmodi. Ergo etc.

144 Praeterea. Omnis habitudo aut est rei ad rem secundum esse reale
quod habet extra animam, aut rei ad animam, aut animae ad rem. Sed
habitudo rei ad rem secundum esse quod habet extra animam, cum sit
habitudo realis sicut est paternitas vel filiatio, non pertinet ad secundam
25 intentionem, quae dicit ens rationis. Nec etiam habitudo animae ad rem
dicit secundam intentionem, quia habitudo animae ad rem fundatur

5 sit] WV sis (!) A 6–7 ut² ... intelligentem] WV in quam huius non importat
habitudinem nisi ad intellectum in quam huius A in quam huius non importat habi-
tudinem nisi ad intellectum in quam huius A^c 8 intelligentem] WV intellectum A
8–12 maior ... intelligentem] WA^cV om. A in quam huius add. A^c 9 etiam] WA^cV
satis add. V 9–10 ut intelligens] WA om. V 10–11 ut intellectam] WV om. A
11 intellecta] WAV ut intellecta add. A 14 ergo etc] WV om. A 14–17 maior ...
conveniat secunda intentio] WV quod enim convenit pluribus potest manere quolibet
illorum ablato sed ablata habitudine rei intellecte ad intellectum nulla manet secunda
intentio A 17 minor ... patet] WV probatur minor A | illud] WAV om. A 23 rei ...
animam] WV om. A | cum] WA tamen V 24 habitudo] WV om. A | sicut] WV pre
ut A prout A^c 25 dicit] WAV tantum add. A 26 dicit secundam intentionem] WV
om. A | habitudo ... rem] WV talis A

super actum vel habitum animae, prout scientia refertur ad scibile vel sciens ad scitum; et talis habitudo est habitudo realis, nec dicit tantum ens rationis. Ergo relinquitur quod sola habitudo rei ad animam est secunda intentio. Sed talis habitudo est habitudo rei intellectae ad intelligentem. Ergo *etc.*

5

145 In contrarium quia, sicut supra ostensum fuit, quaedam sunt entia rationis quae dicunt privationes, sicut 'abstractum' et 'unum specie vel genere'. Sed illud quod formaliter dicit privationem, non dicit habitudinem. Ergo *etc.*

146 Praeterea. 'Genus' dicit habitudinem ad speciem et econverso, et similiter etiam 'praedicatum' dicit habitudinem ad subiectum et econverso. Sed tales habitudines non sunt habitudines rei intellectae ad intellectum, immo sunt habitudines unius rei intellectae ad aliam rem intellectam. Ergo habitudo quam important praedicta non est habitudo rei intellectae ad intellectum, sed praedicta (puta genus vel species) dicunt secundas intentiones. Ergo non sola habitudo rei intellectae ad actum intelligendi est secunda intentio.

15

⟨Solutio⟩

147 Respondeo ad evidentiam huius quaestionis. Sciendum quod, sicut frequenter dictum est, intentio etiam prout hic agitur de intentione, dupliciter accipitur, scilicet abstracte et concrete. Si ergo accipiat intentio in abstracto, ipsa scilicet intentionalitas secundum quam aliquid dicitur concrete intentio prima vel secunda, sit habitudo rei intellectae ad intellectum. Et sola talis habitudo est intentio sic dicta tam prima quam secunda. Si autem intentio accipiat in concreto, sic accipiendo

25

2 talis habitudo] WV hec A 3 relinquitur quod] WV om. A 4 habitudo¹] WV om. A | intelligentem] WV intellectum A 6 quia] WAV est quia A 6-7 sicut ... quae] WV quod dicit formaliter privationem non dicit habitudinem sed quedam entia rationis A 7 privationes] WV formaliter privationem A | et] WV om. A 8-9 sed ... habitudinem] WV om. A 9 ergo etc] WA om. V 11 similiter etiam] WV om. A | dicit habitudinem] WV om. A 12-17 tales ... intelligendi] WV hec dicunt secundas intentiones ergo non sola habitudo rei intellectae ad intellectum A 19 ad ... quaestionis] WV om. A 19-20 sicut ... est] WV om. A 20 intentio] WA^cV om. A | etiam prout] W etiam ut A et prout V 21 dupliciter accipitur, scilicet] WV accipitur vel A | et] WV vel A 21-22 ergo accipiat intentio] WV om. A 22 ipsa] WV om. A 23 sit] WV fit A 24 sola] WV solum A | talis habitudo est] WV ipsa dicitur A | sic] WA om. V 25 si autem intentio] WV sed si A 25-225.1 sic accipiendo intentionem] WV om. A

intentionem praedicta habitudo nec est aliqua intentio prima, nec et ipsa sola est intentio secunda.

148 Primum istorum, scilicet quod sola praedicta habitudo sit tam prima quam secunda intentio abstracte accepta, satis patet | ex eis quae supra
 5 frequenter dicta sunt.⁵² Nam supra frequenter dictum est quod intentio in abstracto accepta, quae denominat ipsa intelligibilia esse primam vel secundam intentionem in concreto, est habitudo obiecti ad actum intelligendi prout | terminat tendentiam actus intelligendi prout tendit
 in obiectum | ut cognitum. Haec autem est habitudo rei intellectae ad
 10 intellectum, ut de se patet. Ideo *etc.*

149 Secundum, scilicet quod praedicta habitudo non est aliqua intentio prima concreate dicta, patet similiter satis facilius, quia, sicut frequenter dictum est, intentio prima concreate dicta dicitur primum genus intelligibilium, illud scilicet quod convenit rebus secundum suum esse reale
 15 affirmative vel negative circumscripto suo esse in intellectu. Sed praedicta habitudo non est aliquid tale, quia non est aliquid conveniens rebus secundum suum esse reale circumscripto esse rationis, immo, ut saepe dictum est, dicit ens rationis tantum formaliter loquendo. Ergo praedicta habitudo non est aliqua prima intentio concreate accepta.

20 150 Tertium scilicet quod praedicta habitudo non sola est secunda intentio concreate accepta potest patere dupliciter, scilicet ex his quae dicunt privationem sicut unum specie vel genere vel abstractum, quia talia formaliter non dicunt aliquam habitudinem, ut supra dictum est, sed talia dicunt secundas intentiones concreate acceptas. Ergo non sola
 25 habitudo praedicta est secunda intentio.

1 aliqua] WV om. A | prima] WAV vel secunda add. A | et] W om. A etiam V 3–5 istorum ... sunt] WV patet ex supradictis A 5 supra ... quod] WV ut dictum est A 6 in] WA^cV om. A | accepta] WV om. A | ipsa] WV om. A 8 intelligendi prout tendit] WV in intelligendi A 9–10 haec ... etc] WV om. A 11–12 scilicet ... dicta] WV om. A 12–13 similiter ... est] WV quia A 12 satis] V tactis W 14 illud scilicet quod] WV quod scilicet A 15 in] WA^cV om. A 16–17 est¹ ... reale] WV convenit rebus A 17–18 ut ... est] WV om. A 18 loquendo] WV om. A 18–19 praedicta habitudo] WV om. A 19 accepta] WV dicta A 20–21 tertium scilicet ... scilicet] WV et quod ipsa non sola patet primo A 21 intentio] WV est secunda intentio add. V 22–25 sicut ... intentio] WV et non habitudinem ut abstractum et huiusmodi quae dicunt secundas intentiones ergo A

52 E.g. *Dist.* 1, § 16.

151 Hoc etiam idem patet ex his quae positive dicuntur, nam sicut supra dictum (est) arguendo, genus quod dicit secundam intentionem, dicit habitudinem ad speciem et praedicatum ad subiectum et e converso. Sed talis habitudo rei intellectae non est habitudo rei intellectae ad actum intelligendi. Ergo *etc.* Maior patet. Minor etiam patet quia: Species et 5 genus aut stant pro rebus intellectis aut pro actibus intelligendi. Sed quocumque istorum dico habetur propositum, quia si stant pro rebus intellectis, tunc habitudo unius eorum ad alterum non est habitudo rei intellectae ad actum intelligendi; sed est habitudo unius rei intellectae ad aliam rem intellectam, prout scilicet accipiuntur obiective ut duo 10 quaedam intelligibilia ad intellecta. Idem etiam sequitur si dicant actum intelligendi, quia habitudo eorum non est habitudo rei intellectae ad actum intelligendi, sed est habitudo unius actus intelligendi ad alium actum intelligendi.

152 Tamen mihi videtur quod primum sit verum et non secundum, scilicet quod habitudo generis ad speciem et praedicati ad subiectum sit habitudo unius intellecti ad alium intellectum et non ad actum intelligendi. Tamen quicquid sit de hoc, semper e converso potest sequi, scilicet quod habitudo speciei ad genus vel e converso, praedicati ad subiectum vel e converso, non est habitudo rei intellectae ad actum intelligendi. Et 20 sic probatae sunt tres conversiones acceptae.

153 Ad declarationem autem istorum quae dicta sunt, sciendum quod, sicut in esse reali rerum extra animam illud quod est forma denominans respectu unius potest | esse subiectum denominatum respectu alterius, modo quo unum accidens dicitur subiectum alterius, sicut quantitas 25

1 hoc ... patet] *W om.* A hoc etiam ratione patet V 1-2 nam ... arguendo] *WV* quia A 1 supra] *W* sibi V 2 est] *suppl. om.* *WAV* | quod] *WV om.* A | secundam intentionem dicit] *WV om.* A 3 et e converso] *WV om.* A 4 talis ... intellectae¹] *WV* talia dicunt habitudinem obiecti A 5 maior ... etiam patet] *WV* probatur minor quia A 6-7 sed ... pro] *WV* si pro A 8 eorum] *WV om.* A 9 est habitudo] *WV om.* A 10 rem] *WV om.* A 11 intelligibilia] *WA om.* V | idem etiam] *W* idem A rationem etiam V 12-13 quia ... sed est] *WV* sed erit A 14 actum intelligendi] *WV om.* A 15 tamen] *WAV* primum tamen A 15-16 quod ... subiectum] *WV* scilicet quod A 17 alium] A aliud *WV* | non] *WAV* actus *add.* A 17-18 actum intelligendi] *WV* alium actum A 18 tamen ... scilicet] *WV* sed quocumque dato sequitur A 19 speciei] *WV* generis A | genus vel] *WV* speciem et e converso et A | e converso] *WAV* et *add.* A | ad²] *WV* et A 20 vel] *WV* et A 20-21 intelligendi ... acceptae] *WV om.* A 22 ad ad *etc.*] nota *add.* A^m | autem ... sunt] *WV* dictorum A | quae] *W* quod V 23 illud quod est] *W om.* A quandoque illud quod est V 25 accidens] *WV* actum A | dicitur subiectum] *W* dicitur subiectum respectu A videtur subiectum V | sicut quantitas] *V om.* WA

(puta superficies est forma denominans subiectum et faciens eam formaliter quantam et ipsa eadem est subiectum denominatum respectu albedinis qua dicitur superficies alba), ita suo modo est in ipsis intentionalibus. Nam illud quod est intentionalitas denominans respectu unius,
 5 potest esse intentio denominata respectu alterius. Nam, sicut dictum est, ipsa habitudo rei intellectae ad intellectum (prout ipsa res intellecta est terminus actus | intelligendi), quae est intentionalitas denominans rem intellectam, esse intentionem concretive dictam, quando alia ab ipsa habitudine intelliguntur, potest intelligi. Et quando talis habi-
 10 tudo intelligitur, ipsa habitudo inquantum est obiectum intellectum, est fundamentum alterius habitudinis. Et sic illud quod respectu unius fuit intentionalitas denominans, respectu alterius est intentio denomi-
 nata.

V 14^{vb}

154 Verbi gratia: Quando intelligo hominem, habitudo hominis intellecti ad intellectum est ipsa intentionalitas abstracta, secundum quam
 15 homo intellectus dicitur concretive prima intentio. Et ista habitudo non est ipsum obiectum intellectum quando homo intelligitur ut primum et per se obiectum, sed est quaedam relatio rationis consequens ipsam rem intellectam. Sed ulterius quia intellectus potest reflecti super suum actum
 20 intelligendi et super habitudinem quae consequitur rem intellectam, ex hoc quod intelligitur talis habitudo quae prius fuit relatio rei intellectae et non res intellecta, potest postea esse obiectum intellectum. Et sicut primum obiectum (puta hominem) consequencebatur quaedam habitudo quae erat intentionalitas denominans ipsam primam intentionem concretive
 25 dictam, ita etiam quando talis habitudo intelligitur ut obiectum per se intellectum, consequitur eam quaedam relatio rationis ad intellectum, ita quod illa prima habitudo est fundamentum secundae habitudinis et per consequens denominabilis est ab ipsa, sicut etiam actus intelligendi

1 superficies] WA sufficiens V | est ... et] W^c est forma denominans obversa et W denominat substantiam A est forma denominans obversa et V 2 ipsa eadem est] WV est ut A 3 ita] WV sic A | ipsis] WV om. A 4 illud ... intentionalitas] WV intentionabilitas A 5-6 sicut ... ipsa¹] WV om. A 6-7 res intellecta] WV om. A 9-10 talis habitudo] WV om. A 10 habitudo inquantum est] WV ut A 16 ista] WV om. A 17 intellectum quando] WV cognitum ut A 18 ipsam] WV om. A 19 intellectam] WAV ut sic add. A | ulterius] WV om. A 20 intelligendi] WV om. A | quae] WA qua talis habitudo V | ex] WV et A 22 obiectum] WAV primum add. A 22-23 et² ... obiectum] WV om. A 23 hominem] WAV intellectum add. A 24 erat] WV est A 25 ita] WV om. A | quando] WA^cV quod A 28 sicut] WA sic V

quandoque intelligitur actu reflexo. Et tunc actus qui intelligitur non est quo intelligens intelligit, sed est quod intelligens intelligit.

155 Et sic dico quod illa habitudo quae est intentionalitas abstracta, sive prima sive secunda, quando intelligitur, est secunda intentio concretive dicta, quia pertinet ad secundum genus intelligibilium. Sed contra illud 5 quod frequenter est dictum,⁵³ scilicet quod intentionalitas secundum quod dicitur aliquid prima vel secunda intentio, est habitudo praedicta rei intellectae ad intellectum et nullum | aliud, quia constat quod genus et abstractum et universale et consimilia dicunt intentiones in concreto; A 12^{ra} ergo abstracta eorum dicunt intentiones | in abstracto, scilicet generalitas, abstractio et universalitas. Sed talia non dicunt habitudinem rei intellectae ad intellectum, sed magis dicunt habitudinem unius rei intellectae ad aliam rem intellectam. Ergo intentionalitas in abstracto non convenit solum illi habitudini, sed etiam aliis. W 18^{vb} 10

156 Ad huius igitur evidentiam sciendum primo quod, quando aliquid denominatur ab aliqua forma, sive accipiat in concreto sive in abstracto, non est illa forma a qua denominatur ita quod accipiamus subiectum illius formae denominantis circumscripta forma. Verbi gratia: Homo denominatur albus ab albedine; homo nec in concreto nec in abstracto est albedo, quia nec homo nec humanitas est albedo. Similiter 20 etiam homo dicitur concretive intentio prima; nec concretive nec abstractive acceptus est ipsa intentionalitas abstracta. Sicut enim homo non est intentionalitas abstracta, ita nec humanitas.

157 Secundo sciendum est quod intentio dupliciter accipitur. Uno modo prout distinguitur esse intentionale contra esse reale, et dicit mere ens 25 rationis. Et sic intentio, qualitercumque accipiat, dicit formaliter lo-

2 quo] WA quoad V | intelligens] WAV quo *add.* V *exp.* W^c | est] WV *om.* A | intelligens intelligit²] W^c intelligens WV intelligit A 3 illa] WV iam A | abstracta] A abstractio WV 6-7 secundum quod aliquid] secundum quod aliquis WV secundum quam aliquid A 7 aliquid] aliquis W 8 constat quod genus] W esse genus A constat quod genera V 9 et universale et] WV universale A | consimilia dicunt] WV huiusmodi sunt A 10-11 scilicet ... universalitas] WV *om.* A 12 magis dicunt habitudinem] WV *om.* A 12-13 intellectae] WV *om.* A 13 intellectam] WV *om.* A 14 sed etiam aliis] WV *om.* A 15 huius ... sciendum] WV quod dicendum A 16 forma] WAV illa denominatur *add.* WV | sive¹] WAV illud *add.* A 18 denominantis] V denominatis WA 19 ab] WV *om.* A | homo²] WV et ideo A 20 est albedo²] WV *om.* A 21 etiam] W et AV | nec] WV et ideo nec A 22 abstracta] WV *om.* A 24 est] W *om.* A 26-229.1 loquendo] WV *om.* A

53 *Passim* (e.g. *Dist.* 1, §16).

quando ens rationis. Alio modo dicitur intentio terminatio secundum
 quam obiectum cognitum dicitur terminare actum | intelligendi modo V 15^{ra}
 quo supra expositum, secundum quam terminationem dicitur aliquid
 denominative prima vel secunda intentio secundum duplex genus intel-
 5 ligibilium prout superius est dictum. Modo dico quod intentio primo
 modo dicta convenit non solum habitudini rei intellectae ad intellec-
 tum, sed etiam habitudini unius rei intellectae ad aliam rem intellectam,
 sicut hoc quod dico 'universalitas' vel 'generalitas' et etiam eis quae pri-
 vationem secundum rationem dicunt, sicut abstractum vel aliud tale. Sed
 10 intentio secundo modo dicta non convenit nisi habitudini rei intellectae
 ad intellectum in actu, si accipiatur intentio sic dicta in abstracto, quia
 talis intentio, ut supra dictum est, non est aliud nisi ipsa formalis ter-
 minatio secundum quam obiectum cognitum dicitur terminare actum
 intelligendi, qui secundum rationem accipitur intelligendi ut quidam
 15 actus tendens in obiectum.

158 His praemissis potest responderi ad obiectionem factam quod, si
 accipiatur intentio prout dividitur contra esse reale, sic esse intentio-
 nem non convenit soli illi habitudini. Sed si accipiatur intentio pro ipsa
 terminatione actus intelligendi secundum quam, ut dictum est, denomi-
 20 natur obiectum intelligibile prima vel secunda intentio, sic accepta soli
 illi habitudini convenit in abstracto, sed cuilibet obiecto intelligibili con-
 venit in concreto.

159 Et sciendum quod ex his apparet etiam quod dicta habitudo | est W 19^{ra}
 intentio prout intentio distinguitur contra esse reale, quia non ponitur
 25 relatio realis. Et est etiam intentio prout intentio dicit terminationem
 praedictam actus intelligendi secundum quam denominatur obiecta
 concrete prima vel secunda intentio. Et ex hoc ulterius apparet quod
 praedicta habitudo est ipsa intentionalitas abstracta secundum quam, ut

2-3 modo ... expositum] WV om. A 3-4 terminationem ... denominative]
 WV denominationem denominat aliquid A 5 prout ... dico quod] WV om. A
 7 intellectae] WV om. A 7-8 rem ... dico] WV sicut est A 9 vel aliud tale] WV et
 huiusmodi A 10 dicta] WV om. A 11 sic dicta] WV om. A 12 talis ... est¹] WV
 om. A | nisi] WA mihi si V 13 dicitur terminare] WV terminat A 14 intelligendi²]
 WV om. A 17 accipiatur intentio] WV accipiendo intentionem A 17-18 esse
 intentionem] WV om. A 18 soli] A solum WV | intentio] WV om. A 19 ut
 dictum est] WV 20 accepta] WV om. A 21 illi] WV om. A 21-22 convenit]
 WV om. A 23 et] WA quia V | etiam] WV om. A 24 intentio²] WA distinctio V
 | distinguitur] WV dividitur A | quia] WAV talis habitudo add. WV 25 et] WV om.
 A 26 praedictam] WV om. A | obiecta] WV obiectum A 27 et ... quod] WV item
 A 28-230.1 ut ... est] WV om. A

modo dictum est, dicuntur obiecta prima vel secunda intentio concretive inquantum est praedicta terminatio sive habitudo obiecti, modo praedicto. Et est concretive secunda intentio inquantum potest esse quoddam obiectum intellectum pertinens ad secundum genus intelligibile. Et sic patet ad quaestionem.

5

(Ad rationes in oppositum)

160 Ad primam ergo in oppositum⁵⁴ dicendum: Ad minorem quod, licet res intellecta reduplicando solum hoc quod est 'esse intellectum' non dicat habitudinem nisi ad intellectum, tamen res intellecta reduplicando cum hoc quod est 'esse intellectum', modum secundum quem habet esse intellectum in habitudine ad aliam rem intellectam, sicut genus ulterius intelligi importat quod intelligatur ut divisibile in multas species, bene dicit habitudinem ad aliud quam ad intellectum, scilicet ad aliam rem intellectam. Unde, sicut supra dictum est, habitudo generis ad speciem vel superioris ad inferius non dicit directe habitudinem rei intellectae ad intellectum, sed unius rei intellectae ad aliam rem intellectam, non secundum suam entitatem absolutam, sed secundum modum rationis qui convenit eis prout sunt obiective in intellectu.

10

15

161 Ad secundam⁵⁵ dicendum quod maior est falsa. Nam loquendo naturaliter non manet ens ablata substantia, quamvis ens conveniat tam substantiae quam accidenti. Ad probationem dicendum quod illud quod convenit pluribus, potest manere quocumque illorum ablato, nisi unum dependeat ab alio vel ipsum aliquo modo praesupponat. Nunc autem ita est quod omnes aliae secundae intentiones praesupponunt habitudinem rei intellectae ad intellectum, quia non conveniunt rebus nisi prout sunt obiective in intellectu. | Et ideo ablata habitudine rei intellectae ad

20

25

A 12^{rb}

1 dicuntur] WAV obiecta *add.* V | prima ... intentio] WV primam vel secundam intentionem A | concretive] WAV prima quidem *add.* A 2 sive habitudo] WV *om.* A 3 quoddam] WV *om.* A 4–5 et ... quaestionem] WV *om.* A 7 ergo in oppositum] WV *om.* A | licet] WV *om.* A 8 non] WV licet non A 9–10 tamen ... intellectum] WA *om.* V 10 modum] WV secundum modum A 11 habitudine] WV habeatur A 12 bene] V unde WA 13 aliud] A *om.* WV 14 sicut ... est] WV *om.* A 15 superioris] WV superius A | inferius] WV inferioris A 16 rem intellectam] WV *om.* A 20 quamvis] WV licet A 21 illud quod] WA^c V *om.* A 22 ablato] A ablata WV | unum] WAV illorum *add.* A 23 alio] WV altero A 26 in] WV *om.* A 26–231.1 ad intellectum] WV *om.* A

54 Cf. § 143.

55 Cf. § 144.

intellectum aufertur omnis secunda intentio, non tamen omnis secunda intentio est habitudo | illa.

V 15^{rb}

162 Si autem quaeratur utrum aliae secundae intentiones possint manere in intellectu sine habitudine, dico quod aliae intentiones manere in intellectu sine dicta habitudine dupliciter potest intelligi, vel sine ea coexistente vel sine ea cointellecta. Primo modo aliae intentiones non possent esse sine illa habitudine, quia impossibile est quod aliae intentiones secundae que consequuntur rem ut est in intellectu obiective, possint esse vel etiam intelligi sine | tali habitudine illa et secundae intentiones aliae consequentes rem ut est obiective in intellectu, quia sine ea esse non possunt vel etiam intelligi; posito quod aliquid intelligatur, statim consequitur talis habitudo. Sed secundo modo possunt aliae secundae intentiones intelligi sine dicta habitudine et sine ipsa cointellecta, quia non oportet quod quandoque intelligantur aliae secundae intentiones (puta intentio, universalitatis vel generis), quod intelligatur dicta habitudo rei intellectae ad intellectum.

W 19^{rb}

163 Ad tertium⁵⁶ dicendum quod illa ratio procedit ab insufficienti. Tamen quia sunt quaedam entia rationis quae directe non dicunt habitudines, sed magis privationes, sicut est hoc quod dico 'unum secundum rationem', tamen quia non omnis relatio est relatio rei ad intellectum vel intellectus ad rem vel rei ad rem secundum esse reale, quia immo est etiam dare relationem rei intellectae ad rem intellectam (sicut est relatio superioris ad inferius, ut dictum est); et hoc secundum illud quod convenit eis prout sunt obiective in intellectu, ex modo quo unum intelligitur in habitudine ad aliud. Rationes in oppositum concedo.

1 omnis ... tamen] omnis secunda intentio convenit non tamen WA om. V 3 si ... utrum] WV potest tamen intelligi dupliciter quod A | possint] WA possent V 4 habitudine] W dicta habitudine A illa V 4-5 dico ... vel] WV uno modo sic quod maneat A 6-9 aliae ... intelligi] WV non est possibile quod maneat A 8 consequuntur] V consequitur W 9 tali] WV om. A 9-11 illa ... intelligi] A existente quia WV 11 posito] WAV enim add. A 12-13 aliae ... intelligi] WV scilicet A 13 dicta ... ipsa] WV ea A | cointellecta] AV intellecta W 15 intentio] WV om. A | dicta] WV om. A 18 tamen] WA tum V | directe] WV om. A 19 est] WV om. A | unum] WV esse unum A 20 relatio²] WV om. A 21 intellectus ... rei] V intellectus W e converso vel rei A | immo] WV om. A 22 etiam] WV om. A 23 ut dictum est] WV om. A | hoc] WV om. A 25 ad] WV om. A | aliud] WA^cV om. A | concedo] WV concedende sunt A

56 Cf. § 145.

